5

PRO CN. PLANCO M.T.Ciceronis oratio cum F. Syluii commentariis.



Vænundatur Iodoco Badio obtentis gratia & priuilegio regiis, vt pro cæteris.
De la Barre.

Franciſcus Syluius Panagio Hocedio Reuerendiſſimi D.Cardinalis Lotharingiæ Conſiliario ac Secretatio S.

SVperioribus menſibus cõſcripſerã Commentarios in Orationem Ciceronis,qua Cn.Plãcum de ambitu defendit.Eos mihi, vt ederem, relegere prius nõ licuit,q̃ rure rediſſem, quo diſcipulos meos maiore fama peſtis in vrbe ſæuientis , magis q̃ vllo periculo deduxeram:nec prius in vrbem reducere eos volui , q̃ peſtilentia,eiusq; fama quæ abire nos coegerat,abiſſet. Eos igitur relegi, quantum diligenter potui, rebus meis nondum ſatis bene compoſitis. Quoniam autẽ multis abhinc annis mihi tecum interceſſit familiaritas quaſi fraterna , teq; orationum Ciceronis maxime ſtudioſum cognoui,tibi fore non ingratum exiſtimaui , ſi hos tibi Commentarios nuncuparem: non vt eruditi ſtudii tui diligentiam adiuuarent,ſed vt animi in te mei beneuolẽtiã ego tibi probarem . Hos igitur tibi nuncupo,quos benigne vt accipias oro te atq; obſecro . Vale Pariſiis in Schola Tornaca. XXVI.Nouembris.M.D.XXXI.

Sequētis orationis & cō-
mentariorum in eam
Index.

ABlatiuus noīm ꝓpri
orum appellatiuis
ſimilium.xxx.
Aculeus in reprehenden
do.xxvii.
Adipiſci honores.27.
Adoleſcentes cū imperio
ad bellum profecti,fo-
lio.xii.
Aduerſaria res.j.
Adulteria iacere.xiiii,
Ædilitiæ repulſæ.xxii.
Aediles Curules & ple-
bei.xxiii.
Aediles &c.xxvii.
Aerarii Tribuni.viii.
Aes alienum.xxxiii.
Agnoſco ex me.xv.
Ambitus participiū me-
dia longa.iiij.
Ambitus pœna.xiiij.
Amicitiæ lex & vinculū,
fol.ii.
Amicitiæ.xxxix.
Amicitia officioſa.xx.
Anſa reprehenſionis fo-
lio.xl.
Aquaria prouincia quę &
puteoli.xxxi.
Arcem facere ex Cloaca,
fol.xlvi.
Acina op.
Aſpergere maculis.13.
Aſſiduitas.xxxii.
Atri filii habiti qui non
fuerunt.xxviii.
Atinius Calatinus Con-
ſul fol.xxviii.
Auditiones.xxvi.
Authorem citare.32.
Auxilio me non defuiſſe
ſed auxilium mihi fo-
lio.xli.
Auxilia pro auxiliaribus
fol.xliii.
BEneficii gratia on⁹
leue.xxxviii.
Benignefacere mul
tis,fo.xx.
Cenigne hisfactum a po
pulo.xxiii.
CAluit crimen.xxv.
Capere voluptatē.i.
Caput & fons 27.
Caſſius Longinus.xxiiii.
Centuria prærogatiua,fo
lio.xxii.
Conſilium nō eſt in vul-
go,fol.iiii.
Ciceronis petitio Conſu-
latus.vii.
Cicero facetus.xvi.
Cicero quando ſcribebat
orationes.xxxi.
Ciceronis lachrymæ in
mouendis affectibus,fo
lio.xxxvii.
Cicero quādo Rhodi fue
rit,fol.xli.
Cicero amicus Clodii,fo-
lio.xlii.
Cicero vocatus eſt in iu-
dicium.xlii.
Ciceronis profectio in ex
ilium.xlvi.
Cyrenę.v.
Circus flaminius.xxvi.
Ciuica corona xxxiiii.
Cloaca quæ ſit & quid ex
ea facere arcem, folio
xlvii. bis.
Clodii inceſtus.xliii.
Cn.Oreſtes.xxiiii.
Coitio.xxiiii.
Colentes religionum,fo-
lio.xxxviii.
Comitiorum vndę.vi.
Comitia habebat Conſul
fol.xxii.
Commoſſem.xliiii.
Comparare pro eo quod
eſt emere.xxix.
Conſilium quia liberum
mutari poteſt.xlv.
Conſobrini.xii.
Conſulis imperium.vi.
Conſul habebat comitia
folio.xxii.
Curules Aediles.xxiii.
Conſulatus Romę magi
ſtratus erat maximus
fol.xxvii.
Conturbare.xxxii.
Cōturbare creditores ite-
rum fol.xxxiii.
Criminoſum, criminale,
& criminaliter.ii.
Curii triumphus.28.
DAre reū.xxxvii.
Debitio pecuniæ
& gratię diſſimi
lis.xxxii.
Decedere de ꝓuincia.31.
Decertandum.xliii.
Decuriare.xx.
Defunctus honoribus &
periculis.24. Delos.31
Dep̄cator fortunarū.49.
De ſcripto orare.36.
Diſertus orator.xxix.
Deſiſtere ſententia,a ſen-
tentia, & de ſententia,
fol.xxiiii.

Dicens aut dicẽdo omittitur.xxx.
Dies reliquas,folio.xlvii. & xlviii.
Dyrrachium.xlviii.
Diuinare.xx.
Diuiſores tribuum.xxi.
Dominatus & dominatio accipiuntur pro tyrãnide.xxviii.
Domitius Caluinus .24.
Duellius Conſul .xxviii.
EBlandita non enucleata ſuffragia.4.
Edere reo trib⁹.18.
Edicere.xv.
Edititii iudices. 17. & 18.
Effœminata vox xlii.
Enim pro propterea.xli.
Ennius ingenioſus licet incultus.xxviii.
Epilogi.xl.
Equeſter locus.vi.
Equites ſoli aliquãdo Romæ iudices.xxxiiii.
Equidem cum tertia perſona.xiii.
Errare in re quam profiteare turpiſſimum eſt, fol.xxix.
Error pro periculo.xi.
Eruditus artificio ſimulationis.ix.
Excors.xxxiiii.
Exercitus.xxxix.
Externæ res.xiii.
FAbii fornix.vii.
Facetus Cicero.16.
Facit mecum.43.
Famæ non credendũ.26.
Ferre ſuffragium.xxii.
Fides quę dicatur.xlix.
Flagitat me id.ii.
Flagitare.iii.
Fluctus maris profundi, fol.vi.
Fons & caput.xxvii.
Fornix Fabii.vii.
Fortuna prænestina, folio.xxx.
Frater patruelis.xi.
Frixit a Frigeo.xxvi.
Fucus.ix.
Fuſcus color.ix.
GEſtę tuę res & res a te geſtæ.xli.
Gnatus pro filio apud poetam.xxvii.
Gradus honorum ſunt pares.xxvii.
Gregales & gregarii milites.fo.xxxv.
Gratiæ & pecuniæ debitio xxxii.& xxxiii.
Gratia referenda nihil nimium eſſe poteſt, folio.xxxix.
Gratiam & beneficium perſoluere.xxxix.
Gratia præſens.xlix.
Gratioſiſſima.x.
Gratitudo & ingratitudo.xxxix.
Gratũ eſſe pietatis eſt, fo.xxxviii.
Gratus.xlv.
HAberẽ reum.26.
Hominis proprium.xxxix.
Honorum gradus pares, glorię autem diſpares, fo.xxvii.
Honores adipiſci.xxvii.
IAcerẽ adulteria.14.
Imponere villicum.29
Indicere.xv.
Infeſtum actiue & paſſiue.fo.ii.
Infeſta ſalus & vita. ibid.
Infligere ſecurim Reip. xxiii & xxiiii.
Inſidiæ multæ bonis, folio.xxvii.
Inuidus omnium.xxvii.
Inurere notam.xiii.
Iracundus in ſe.xxx.
Italicarum vrbium genera, fo.viii.
Iudices edititii.xvii.
Iudices alterni.xviii.
Iudices Romę interdum ſoli equites.xxxiiii.
Iudicium ſapientum.iiii.
Iudicium vulgi.iiii.
Iudicium Cyprianum,folio.xxxvii.
Iuſtitium.xv.
Iuſtitiũ ſeruare & remittere,fo.xv.
Iuſtus mercatorib⁹ & in mercatores xxxi.
Iuuentia familia.viii.
LAbicum.x.
Lachrymula, folio xxxvi.
Lachrymæ Ciceronis in mouẽdis affectibus, folio.xxxvii.
Lætitiam dares.xlix.
Laterenſe in ablatiuo caſu fo.xxx,
Latinis carnem qui petant.ix.
Legem ſciſcere.xvii.

Lex Licinia de ſodalitate xvi.xliii.
Liberalis ſuis & in ſuos. fo.xxxi.
Libere dicta.xiiii.
Libertas in quo ſit poſita fo.xlv.
Liberare culpa xxiiii.
Liciniæ leges.xvii.
Litigioſus.xl.
Loci.xl.
Ludos facere & qui faciãt fo.xxx.
MAcula.xiiii.
Magiſtratum petere.vi.
Magni putare.v.
Maledicta refutare.xiii.
Maledicto nihil magis volucre.xxvii.
Maleuolẽtia infuſcata. 8.
Maleuolus.viii.
Mancipes.x.
M.Marcellus Conſul. folio.xxviii.
Marius exul.xi.
Marij repulſa.xxiii.
Mea pro mei reſtitutio. fo.xl.
Meminerunt beneficia. xxxviii.
Memori non memore in ablatiuo.xxxix.
Memor.xlv.
Metelli exilium.xliiii.
Metellorum laus.ibidem
Militaris lex.xxxii.
Minturnæ,xi.
Miſer exercitus. xxxviii.
Miſeria eſt contra naturam.xxxix.
Modice.v.
Modo ne.vi.
Montoſum & Montanũ. fo.ix.
NAſica.xv.
Naſicę iocus.xxiii.
Nauigium pro naui.xi.
Neceſſarium.xxi.
Negocium non ocioſum vel ne otium quidem ocioſum.xxxi.
Nicia vrbs.xli.
Nihil tam. volucre q̃ maledictum.xxvi.
Non ſolum.xlix.
Notã inurere.xiii.
Numerus frumẽti.xxxi.
Nunc pro modo.xli.
OCcupata.xxxi.
Ocij nõ minus q̃ negocij ratio extare debet.xxxi.
Offenſiuncula.xxii.xxiii
Offenſionem accipere.folio.xxiii.
Opimius.xxxiii.
Orationũ varietas. xvii.
Orationem de ſcripto dixit Cicero.xxxvi.
Orator diſertus.xxix.
Ortus Ioue & ab Ioue &c.xxvii.
PArare pro eo q̃d eſt emere.xxix.
Parens eſt liberis pene deus.xii.
Parentibus quantum debeatur.xiii.xxxv.
Parricida patrię.xxxiiii.
Patrueles fratres.xi.& xii
Pedem conferre.xxi.
Pergere viam.xlviii.
Perſoluere a vobis.xlix.
Petere magiſtratu.vi.
Plyſthenes fuit pater Agamemnonis.xxviii.
Pietas fundamentũ tum omniũ virtutum.xii.
Poetarum verſus citandi Ciceronis mos.folio xxviii.
Ponderibus meis examinabo. xxviii.
Populi iudicium.iii.
Poſt hominũ memoriã teterrimi.xlii.
Præfectura.viii.
Præficere pecori & præponere.xxix.
Præmandatis. xiiii.
Præ me feram.xxxviii.
Præneſte.xxx.
Prẽneſtina fortuna.folio eodem.
Prærogatiuæ quę ſint tribus.xvii.
Prærogatiua Centuria. xxii.
Prætoria familia,vi.
Prętoris imperium.vi.
Pręſto eſſet.
Prætoris & Quæſtoris neceſſitudo xii.
Princeps in omni virtute.viii.
Profiteri.vi.
Prouinciæ decretę & ſortitæ.xli.
Publicanorum ordo. folio.ix.
Publicani.x.
Puncta pro ſuffragiis.folio xxix.
Puteoli a puteis.xxxi.

Q Væſitor.xix.
Queſtoris & Pretoris neceſſitudo.xii.
Queſtores duo in Sicilia.xxxi.
Queſtor prouinciã ſortiebatur.xxxii.
Queſtorium.xlviii.
Queror iniquitatem legis.xx.
Quid agis?xvi
Quieſſem.xliiii.
Quouſq.xxxvi.
Recordor de illis.folio vltimo.
Reddere vitã pro Rep.xliiii.
Refertã ſceleratiſſimorũ.&cxlvii.
Reficit & recreat.ii.
Refrixit crimen.xxv.
Refutare maledicta. xiii.
Reliquas dies,xlvii.
Relinquere petitionẽ. v.
Remittere iuſtitiũ.xv.
Renunciatio ſuffragiorũ. fo.vi.
Requiro libertatẽ tuam, & requiro in te libertatem.xlv.
Reo fauentes.xii.
Reo tribus edere.xviii.
Reum habere.xxvi.
Reorum amici & inimici ibidem.
Reum dare.xxxvii.
Reus in iudicio ſedebat. fo.xlix,
Repulſę Æditilię,xxii.
Repulſa Marij.xxiii.
Reſpectare.xxi.
Retinens iuris.xxv.
Romanus populus aures habet hebetes: oculos vero acres & acutos. folio xxx.
Rutilius.xxiiii.
Scipiones Cn. & P. Conſules.xxviii.
Sciſcere legem. xvii.
Secũdo pro deinde.xxiii.
Securim infligere Reip. &c.xxxiii.& ſeq.
Senatuſcõſultum in monimento Marij de Ciceone factum.xxxviii.
Sententia,a ſententia,& de ſententia deſiſtere.folio.xxiiii.
Sententię eędẽ non ſemper defendendę.xlv.
Sequeſter.xix.xxi.
Sequi rem in emendo.folio xxix.
Signiferi.xxxvi.
Simultates habere & deponere.xxxviii.
Sitiens virtutis.v.
Sobrini.xii.
Sodalitates & Sodalitia. xvii.
Sodales.xx'xxi.
Studere petitori,iiii.
Suburbanum.viii.
Suffragari.i.
Suffragiorum renũciatio. fo.vi.
Suffragij latio.vi.
Suffragiorũ tabella.ibidẽ. a tergo.
Suffragium ferre.xxii.
Sũma ſacra via.vi.& vii.
Sumo mihi.ii.
Supplex populo Romano & populi Ro.xxiii.
Tabella ſuffragiorũ. fo.vi.
Temporum inclinatio.xlvi.
Tergiuerſari.xxi.
Theſſalonica.xlviii.
Tractus venafranus.viij.
Tractus.ix.
Tribuni ærarij.viii.
Tribuni militũ.xxiiii.
Tribus Romanę quot fuerunt & vnde appellatę. fo.ix
Tribus quæ ſint prærogatiuę.xvii.
Tribuũ diuiſores.xxi.
Tribus Anienſis & Terẽtina.xxv.
Tuſculi antiquitas.viii.
Venale habere.xx.
Venafranus tractus.viii.
Verbũ ꝑ dictione etiã indeclinabili.xxxvii.
Via ſacra.vii.
Vicinitas laudãda.viii.
Villicũ imponere & Villicus qui.xxix.
Vis maior.xlviii.
Vita occupata.xxxi.
Vitã pro Repub. reddere fo.xliiii.
Vitę cupiditas cõtra rẽp. turpis.xliiii.
Vrbanus pro aſtuto.ix.
Vox effœminata.xlii.
Vulgo deeſt conſiliũ.iii.
Vulgo.xi.
Vulgus mutabile.vi.

FINIS.

In M. T. Ciceronis pro Cn. Planco Orationem, F. Syluij Ambiani Argumentum.

Cn. Plancus Equeſtri loco natus in Aedilitatis petitione M. Iu-
uentio Laterenſi e familia Conſulari antepoſitus eſt. Id acerbe
ferens Laterenſis Plancum de ambitu accuſauit, quod largitione po
pulum Romanum corrupiſſet: id vt probaret oſtendit ſe Planco di-
gniorem eſſe, vitia quædam vitæ Planci anteactæ enumerat, Planci
patrem aſpere quædam locutum dicit: itaq; populi fauorem a Plan-
co auerſum, pecuniam ad corrumpendas tribus a Planco datam in
circo Flaminio deprehenſam. L. quoq; Caſſius Plancum accuſans, vt
Laterenſem Aedilitate digniorem præteritum fuiſſe oſtendat, quod
populum Romanum Plancus largitione corruperit, primum dicit,
Iuuentium quendam, a quo Laterenſis ortus ſit, primum de plebe
Aedilem Curulem factum eſſe, deinde Plãcum Equeſtri loco natum
non difficilius Aedilem factum, q̃ ſi Conſularis filius fuiſſet. Poſtre-
mo Laterenſem laudauit iis rebus, quas extra Romam geſſit. In hac
Plãci defenſione primum oſtendit Cicero difficile ſibi eſſe amicum
amico accuſante defendere, ſed difficilius Planci & Laterenſis digni-
tatem comparare. Laterenſem vero Planco digniorem quodammo-
do fatetur: Sed Plancum Aedilem factum probat, quod in ſalutan-
dis ciuibus & rogandis fuerit diligentior, q̃ Laterenſis, quod Planco
municipes oẽs ſui Atinates & vicini ſtudioſe fauerint: Lateren-
ſi Tuſculani pauci & vicini ſtuduerint: quod publicanorum ordine
multum adiutus ſit, quod antea eius vita grauiſſimis viris probata
fuerit. Itaq; proniora in eum populi Ro. ſuffragia, nec vllam ſuſpitiõ
nem ambitus eſſe docet. Maledicta in vitam Planci anteactam conie
cta refutat. Quæ Planci pater aſpere locutus ſit excuſat, nec id filio
obeſſe debere oſtẽdit. Coarguit falſum eſſe, q̃d de pecunia in Circo
Flaminio deprehenſa accuſator obiecit, nec famæ credendũ eſſe pro
bat. Negat verum eſſe quod Caſſius dixerat Iuuentium quendã pri-
mum de plebe Aedilem Curulem factum. Negat Plãco nocere, quod
Equeſtri loco natus non difficilius Aedilis factus ſit, q̃ ſi Conſularis
filius eſſet. Triumphus eloquẽtiam, iuris ciuilis ſcientiam in Planco
non eſſe excuſat. Laterenſem propter res eas quas extra Romã geſſit

Plancō anteponendum non fuiſſe oſtendit, quod eorum quæ Romæ gerātūr maior ſit populi Romani memoria, & gratia. Quod Cicero Plancum contra amicum Laterenſem defendat, cum Caſſius negat plus Planco debere, q̃ bonis omnibus, quibus ſalus eius curæ fuerit. Id fatetur Cicero, ſed quod Planco debeat, aut diſſoluendum docet, quum neceſſitas poſtulat. Pręterea refutat maledicta quædam in ſe a Lateranenſe coniecta, beneficii a Planco accepti magnitudinem factam, eum Ciceronem metu mortis noluiſſe vti auxilio ſibi oblato aduerſus P. Clodii Tribuni pl. furioſos conatus, quod eum Laterēſis in Rep. liberum fuiſſe negauerat, nullum ei periculum fuiſſe, itaque nullo ex periculo a Planco ſeruatum. Concludit per commiſerationem. Genus cauſæ iudiciale. Status cōiecturalis. Accuſatores M. Laterenſis & L. Caſſius |. Quæſitor cauſæ C. Flauius. Quod autē Plancum hunc, vt hoc in vulgatis codicibus ſcriptum inuenio Plācium, putem appellandū, non temere fit. Nam in codicibus antiquis Plancus legitur. In Epiſtolis familiaribus Ciceronis epiſtolæ ſunt ad Cn. Plancum libris, quarto, terriodecimo, in duodecimo ipſius quoq; Planci ad Ciceronem. In eodem libro xii. cuiuſdam T. Planci, & in libro nono, Planci Burſæ meminit, & libro ad Atticum xvi. ad L. Plancum ſcribit. Vbique Plancum non Plancium ſcriptum inuenio, quemadmodum apud Macrobium libro ſecundo, & apud A. Gelliū capite quarto libri primi, & capite xii. libri ix. ſcriptum inuenio: licet apud Plinium multa Plancorum memoria eſt, qui idem capite xlv. libri xi. a pedibus Plancorum cognomen factum eſſe dicit. Sex. quoque Pompeius Plancos appellatos eſſe dicit, qui ſupra modum planis pedibus ſunt, propterea quod Plancæ ſunt planæ tabulę. Arbitror igitur Plancum non Plancium hunc appellatum eſſe. Hæc autem oratio magna ex parte conferenda eſt cum L. Murenæ defenſione. In vtraque reus de ambitu defenditur, amicus cōtra amicum: accuſatoris & rei comparatio dignitatis eſt difficilis: cur alter alteri prępoſitus ſit oſtendit Cicero. Sed res in vrbe geſtas Planco extra vrbem Murenæ profuiſſe dicit.

M·TVLLII CICE-RONIS PRO CN. PLANCO ORATIO.

CVM propter egregiam ac ſingu
larẽ Cn.Planci Iud. in mea ſalute
cuſtodienda fidẽ,tã multos & bo-
nos viros eius honori viderẽ eſſe
fautores,capiebã animo nõ medio
crẽ voluptatẽ, ꝙ cuius officium
mihi ſaluti fuiſſet,ei meorũ tẽpoꝝ
memoriã ſuffragari videbã : cum
autẽ audirẽ meos partim inimi-
cos,partim inuidos, huic accuſatiõi eſſe†fautores,eãdẽꝙ † fauturos
rẽ aduerſariã eſſe in iudicio Cn. Planco, quæ in petitio- Aduerſaria
ne fuiſſet adiutrix, dolebam Iudices, & acerbe ferebam, res.

F.Syluij Ambiani in eandem Commentarij.

QVum propter egregiã) Cn.Plãcũ Ædilem deſignatũ ambitus reũ a M.Iuuẽtio Laterẽſe factũ hac oratione Cicero defendit. In mea ſalute cuſtodiẽda) Nam Plancus in Macedonia Quæſtor omnibus prouincialibus ornamẽtis cõmodisꝗ depoſitis,totã ſuã Quæſturã in Cicerone exule ſuſtẽtãdo & cõſeruãdo collocauit,vt teſtis eſt ipſe Cicero in Oratione poſt reditũ in Senatu habita. In mea ſalute cuſtodiẽda) Significat etiã honeſtã ſe habere cauſam Planci defendẽdi.qđ in prooemijs ſępe facit.

Eius honori).i.Ædilitati. Capiebã animo voluptatẽ) Capere voluptatẽ,lętitiã,dolorẽ detrimẽtũ dici alio loco docuimus. Meorũ tẽporũ)quibus exagitarer P.Clodij Trib.pl.furoribus. Suffragari).i.auxilio eſſe ad Ædilitatẽ mãdandã.Vt in libro de Officijs.1.Cn.Octauio,qui primus ex illa familia Cõſul factus eſt,honori fuiſſe accepimus,quod pręclarã ædificaſſet in Palatio & plenã dignitatis domũ:quę cũ a vulgo viſeretur, ſuffragata domino ſuo homini ad Cõſulatũ putabatur. Partim inimicos,partim inuidos) Authore Quintiliano libro.6.cõmẽdat reũ cauſa periculi,ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob honeſtũ aliquod factũ videtur. Huic accuſationi) Planci

Capere voluptatem. Suffragari.

Eſſe fauturos) alijs in codicibus fautores ſcriptum eſt. Eandemꝗ rem) id eſt fidem eius in cuſtodienda mea ſalute.

ſi huius ſalus ob eã ipſam cauſam eſſet infeſtior ꝙ is meã
ſalutẽ atq; vitã ſua beneuolẽtia,pręſidio,cuſtodiaq; texiſ-
ſet.Nũc autẽ veſter Iud.cõſpectus & conſeſſus iſte reficit
& recreat mẽtẽ meã,cũ intueor & cõtẽplor vnũquẽq; ve-
ſtrũ.video enĩ hoc in numero neminẽ,cui mea ſalus chara
nõ fuerit, cuius nõ extet in me ſuũ meritũ , cui nõ ſim ob-
ſtrictus memoria beneficii ſempiterna.Itaq; nõ extimeſco,
ne Cn.Plãco cuſtodia meæ ſalutis apud eos obſit, qui me
ipſum maxime ſaluum videre voluerunt.Sępiusq; Iudices
mihi venit in mentẽ,admirãdũ eſſe M. Laterenſem homi-
nem ſtudioſiſſimũ,& diligẽtiſſimũ ſalutis meę,reum hũc
potiſſimũ ſibi delegiſſe: q̃ metuendũ,ne vobis id ille ma-
gna ratione feciſſe videatur . q̃q̃ mihi non ſumo tãtũ Iu-
dices,neq; arrogo,vt Cn.Plancũ ſuis erga me meritis im-
punitatẽ cõſecuturũ putẽ,niſi eius integerrimã vitã , mo-
deſtiſſimos mores,ſummã fidẽ,cõtinentiã,pietatẽ,innocẽ
tiã oſtẽdero,nihil de pœna recuſabo:ſin omnia pręſtitero
quę ſunt a bonis viris expetẽda,petã Iud.a vobis,vt cuius
miſericordia ſalus mea cuſtodita ſit , ei vos veſtrã miſeri-
cordiã me deprecãte tribuatis. Equidẽ ad reliquos labo-
res,quos in hac cauſa maiores ſuſcipio q̃ in cęteris,etiam
hãc moleſtiã aſſumo,ꝙ mihi nõ ſolũ pro Cn.Planco dicẽ-
dũ eſt,cuius ego ſalutẽ non ſecus ac meã tueri debeo,ſed
etiam pro me ipſo, de qua accuſatores plura pene q̃ de re
reoq; dixerũt. q̃q̃ Iud.ſi quid eſt in me ipſo ita reprehen-
ſum,vt id ab hoc alienũ ſit,non me id magnopere cõtur-
turbet . non enim timeo ne quia perraro grati homines
reperiãtur,idcirco cũ me nimiũ gratũ illi eſſe dicant , id
mihi criminoſum eſſe poſſit . quæ vero ita ſunt agitata
ab illis,vt aut merita Cn.Planci erga me minora eſſe di-

cerent, q̄ a me ipſo prædicarentur: aut ſi eſſent ſumma,

Si huius ſalus ob eã ipſam cauſam eſſet infeſtior) Infeſtũ actiue ſępius, hoc aũt in loco paſſiue dici pro eo q̄d eſt, cui⁹ de piculo exitioq; feſtinatur, eſt apud A. Gelliũ cap. 12. libri. 9. Hũc locũ in eadem re No. Marcellus citat. Infeſtus actiue certe dicit̃, vt infeſtũ caſum, infeſtũ ſcelus, infeſta ſigna Cicero dicit. Vt pro P. Sylla, Tulit caſus infeſtus, vt ampliſſimo in honore tũ cõmuni ambitionis inuidia, tũ ſingulari Antronij odio euerteret̃. Pro A. Cluentio. Q̄d hoc portẽtũ dii imortales? q̄d tãtũ mõſtrũ in vllis locis? q̄d tã infeſtũ ſcelus & immane, aut vnde natũ eſſe dicam⁹? De Aruſpicũ reſpõſis. Niſi eũ inquã exercitũ ſignis infeſtis in Curiã ſe immiſſurũ minitaret̃. Vt autẽ infeſtã ſalutẽ hic Cicero dicit, ita vitã infeſtã dicit ꝓ Sex. Roſcio. Pater occiſus nefarie, domus obſeſſa ab inimicis, bona adẽpta, poſſeſſio direpta, filij vita infeſta, ſępe ferro atq; inſidiis appetita. Veſter conſpectus) paſſiue cõſpectus. Reficit & recreat) Vt ꝓ Milone. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij ſapiẽtiſſimi & iuſtiſſimi veri cõſiliũ. Sępiusq;) Ordo eſt, Sępius venit̃ mihi in mẽtẽ admirãdum eſſe &c. q̄ metuẽdũ &c. Reum hũc potiſſimũ ſibi delegiſſe) Nã vetere inſtituto adoleſcẽtes induſtriã ſuã a populo Ro. ex aliqua illuſtri accuſatione cognoſci volebãt: vt eſt in Orõne pro M. Cęlio, & in lib. de Offic 2. Sed minorẽ annis. xxv. adulterij accuſare Iulia lex prohibet, vt ait Vlpianus lib. Digeſtoꝝ. 48. ad legẽ Iuliã de adulteris. Mihi nõ ſumo tãtũ) Vulgo dicerẽt, de me tãtũ nõ pſumo. Impunitatẽ). i. abſolutionẽ. Niſi eius integerrimã) Propoſitio eſt. In ea aũt ſolet Cicero ꝓmittere ſe rẽ plane ꝓbaturũ, alioqui negat ſe recuſaturũ quo min⁹ reus cõdemnet̃. De pœna). i. de dãnatione. A bonis viris expetẽda). i. quę a bonis viris expeti debẽt. i. quę in viris bonis ineſſe debẽt. Cuius miſericordia) Authore Quintiliano lib. 6. Iuſte petere ea quiſq; videt̃ a Iudice, quę alij ipſe p̄ſtiterit. Quia igit̃ miſericordiã Ciceroni Plancus p̄ſtitit, ſe petiturũ dicit, vt miſericordiã Plãco Iudices tribuãt. Ad reliquos labores) qui in defendẽdo q̄ accuſando maiores ſuſcipiũtur. Sed etiã ꝓ me ipſo) Solet Cicero, ſi quid in eũ ab aduerſario dictũ ſit, id prius refutare, q̄ ad cauſam accedat, vt ꝓ L. Murena, & ꝓ P. Sylla feciſſe docuimus. Quoniã tñ in hac cauſa ei viſum eſt Planci innocẽtiã prius oſtẽdere, q̄ cõtra ſe dicta refutare. Ideo in hac ꝓpoſitione ea ſe refutaturũ ꝓmittit, ne interim authoritas eius vacillet. De re). i. de cauſa. Vt id ab hoc alienũ ſit). i. vt id Plãco ne noceat. Criminoſum) A crimine criminoſum nõ criminale deflecti alibi docuimus. Sed vt alia multa q̄ ſatis latina nõ ſunt, alibi, ita criminaliter vſurpauit Vlpianus libro Digeſtoꝝ. 147. de Furtis. Meminiſſe, inquit, opotebit nũc furti plerũq; criminaliter agi. Sceuola quoq; lib. 49. de appellationib⁹ recipiẽdis, Ante ſentẽtiã appellari põt, ſi q̄ſtionẽ in ciuili negocio hñdã iudex interlocut⁹ ſit: vel in criminali, ſi cõtra leges Iudex hoc faciat,

Infeſtũ actiue & paſſiue.

Infeſta ſalus & vita.

Reficit & recreat.

Adoleſcentes accuſãt.

Sumo mihi

Criminoſũ Criminale & Criminaliter.

negarẽt ea tñ ita magni, vt ego putarẽ, põderis apud vos eſſe debere: hęc mihi ſunt tractãda Iud. & modice, ne q̃d ipſe offendã, & tũ deniq; cũ reſpõdero criminibus: ne non tã innocẽtia reus ſua q̃ recordatione meorũ tẽporũ defenſus eſſe videat. Sed mihi in cauſa facili atq; explicata perdifficilis Iud. & lubrica defenſionis ratio proponitur. nã ſi tãtũmodo mihi neceſſe eſſet cõtra Laterẽſem dicere, tũ id ipſum eſſet in tãto vſu noſtro, tãtaq; amicitia moleſtũ. vetus eñ eſt lex illa iuſtę verę q; amicitię, quę mihi cũ illo iãdiu eſt, vt idem amici ſemper velint: neq; eſt vllũ certius amicitię vinculũ, q̃ cõſenſus & ſocietas cõſiliorũ & volũtatũ. mihi autẽ nõ id eſt in hac re moleſtiſſimũ, cõtra illũ dicere: ſed multo id magis q in ea cauſa cõtradicẽdũ eſt, in qua quędã hominũ ipſorũ videtur faciẽda eſſe cõtẽtio. quęrit enim Laterẽſis atq; hoc vno maxime vrget, qua ſe virtute, qua laude Plancus, qua dignitate ſuperarit? Ita ſi cedo illius ornamẽtis, quę multa & magna ſunt, non ſolũ huius dignitatis iactura faciẽda eſt, ſed etiam largitionis recipiẽda ſuſpitio eſt: ſin hunc illi antepono, cõtumelioſa habẽda eſt oratio, & dicẽdũ eſt id q̃d ille me flagitat, Laterẽſem a Planco dignitate eſſe ſuperatũ. Ita aut amiciſſimi hominis exiſtimatio offendẽda eſt, ſi illã accuſationis cõditionẽ ſequar: aut optime de me meriti ſalus deſerẽda eſt. Sed ego Laterẽſis cęcũ me & p̃cipitẽ ferri cõfitear in cauſa, ſi te aut a Plãco, aut ab vllo dignitate potuiſſe ſuperari dixero. Itaq; diſcedam ab ea cõtẽtione ad quã tu me vocas: & veniam ad illam ad quã me cauſa ipſa deducit. Quid? tu ne inanem dignitatis iudicem putas eſſe populum? fortaſſe nõnũq̃ eſt. vtinam vero ſemper eſſet, ſed eſt perraro: & ſiquãdo eſt, in iis magiſtratibus eſt mãdãdis,

Amicitiæ lex.

Amicitiæ vinculũ.

Flagitat me id.

quibus ſalutem ſuam committi putat.his leuioribus co-
mitiis,diligentia & gratia petitorum honos paritur, non
iis ornamentis quæ eſſe in te videmus.nam quod ad po-
pulũ pertinet,ſemper dignitatis iniquus iudex eſt qui aut
inuidet,aut fauet.q̃q̃ nihil potes in te Laterẽſis cõſtituere,

Modice) id eſt moderate & breuiter. In tanto vſu) id eſt in tanta fa-
miliaritate. Amicum Plancum contra amicum Laterenſem defendere
ſibi moleſtum eſſe dicit.Huic pene ſimilis quæſtio eſt pro L. Murena, vbi
amicum contra amicum defendit, vbi Murenæ & Sulpitii dignitatis fa-
cta comparatio eſt. Neque eſt vllum) Nam idem velle, idem nolle,eam
demum firmam eſſe amicitiam Salluſtius dixit in bello Catilinario. Cõ-
tentio) id eſt comparatio. Qua ſe virtute) Laterenſis vt probet Plancũ
largitione factum Aedilem,oſtendit ſe dignitate Planco ſuperiorem.itaq;
fuiſſe Aedilitate digniorẽ,quam aſſecutus fuiſſet, niſi populum largitio-
ne Plancus corrupiſſet. Superarit) In comitiis. Quia Aedilis factus
eſt Plancus, Laterenſis autem præteritus eſt. Si cedo illius ornamentis)
id eſt ſi dico Laterenſem Planco dignitate ſuperiorem eſſe. Illius) Lateren-
ſis. Huius) Plãci. Id quod ille me flagitat) Si emendata lectio eſt, atten-
dendum eſt verbum flagitare cũ duobus accuſatiuis in ſoluta oratione cõ- Flagitare.
iungi.Id quod ille a me flagitat melius ſcribendũ mihi videretur. Flagita-
re autẽ magis eſt q̃ poſtulare,vt adnotat Valla lib. Elegantiarũ quinto. Id
Cicero ſignificat in oratione pro P.Quintio. His,inquit,de rebus nõ neceſ-
ſe habeo dicere ea,quę me P.Quintius cupit cõmemorare, tametſi cauſa
poſtulat,tamen poſtulat,non flagitat,præteribo. Cæcum me & pręcipitẽ
ferri) id eſt nõ boni iudicii eſſe. Ad illã) contentionẽ. Quia dililigentior
fuit Plancus q̃ tu,vt ſubmiſſe populo ſupplicaret. Itaq; Aedilis factus eſt,
tu vero pręteritus es. Tu ne inanem) Id dicit Cicero, tanquam ex ſe
id quærat Laterenſis. Inanem) id eſt iniquũ. Semper eſſet) Scriben-
dum eſſe videtur. Vtinã vero ſemper nõ eſſet. Mãdandis) id eſt ſuffragio
cõmittendis. In his magiſtratibus mandãdis) vt in Prętura,in Cõſulatu,
in Cenſura. His leuioribus comitiis) Scribit A. Gellius cap. xiiii. libri ter-
tiidecimi maiores magiſtratus eſſe Prætores,Conſules,Cenſores,quod ma-
ioribus fiant auſpiciis:reliquos vero minores,quia auſpiciis minoribus,cre-
entur. Maiora autem auſpicia haberi, quia horum magiſtratuum auſpi-
cia magis rata ſint, quam aliorum. Leuioribus) id eſt minoribus. De
Aedilium officio licet videre in lib. de Legibus Ciceronis. iii. Diligentia)
in ſalutando rogando & ſupplicando. Et gratia petitorum) id eſt ſi peti-
tores gratia valeant apud populum Ro. Honos paritur) id eſt magiſtra-
tus quæritur.

quod ſit propriũ laudis tuę, quin id tibi ſit cõmune cum Plãco,ſed hoc totũ agetur alio loco:nũc tantũ diſputo de iure populi,q & poteſt & ſolet nõnũq̃ dignos p̃terire.nec ſi a populo pręteritus eſt,quẽ nõ oportuit:a iudicibus cõdẽnãdus eſt q p̃teritus nõ eſt.Nã ſi ita eſſet quod patres apud maiores noſtros tenere nõ potuerũt,vt reprehẽſores eſſent comitiorũ,id haberẽt Iudices,vel quod multo etiã minus eſt ferẽdũ.tũ eñ magiſtratũ nõ gerebat is q ceperat,ſi patres auctores nõ erãt facti.nũc poſtulat a vobis, vt ei⁹ exilio q creatus ſit,iudiciũ po.Ro.rep̃hẽdatis. Itaq; q̃q̃ qua nolui ianua ſim ingreſſus in cauſam ſperare videor,tantũ abfuturã eſſe orõnẽ meã a minima ſuſpitione offenſiõis tuę,te vt poti⁹ obiurgẽ,ꝙ iniquũ ĩ diſcrimẽ adducas dignitatẽ tuã q̃ vt ego eã vlla cõtumelia coner attigere.Tu cõtinẽtiã,tu iduſtriã tu animũ in rẽp.tu virtutẽ,tu innocẽtiã,tu fidẽ,tu labores tuos,ꝙ Aedilis nõ ſis factus, fractos eſſe & abiectos & repudiatos putas? vide tãdem Laterẽſis quãtũ a te diſſentiã,ſi mediuſfidius decẽ ſoli eſſent in ciuitate viri boni,ſapiẽtes,iuſti,graues,q te idignũ Aedilitate iudicauiſſent,grauius de te iudicatũ putarẽ q̃ eſt hoc qđ tu metuis ne a populo iudicatũ eſſe videat. nõ eñ comitiis iudicat ſemp populus,ſed mouet plerũq; gratia,cedit p̃cibus,facit eos a q̃bus eſt maxime ambitus:deniq; ſi iudicat, nõ delectu aliquo aut ſapiẽtia ducit ad iudicãdũ,ſed ĩpetu nõnũq̃ & quadã etiã temeritate.non eſt eñ cõſiliũ in vulgo,nõ ratio,nõ diſcrimẽ, non diligentia: ſemperq; ſapiẽtes ea quæ populus feciſſet ferenda , non ſemper laudãda duxerunt . Quare cum te Aedilem fieri oportuiſſe dicis,populi culpã,non competitoris accuſas . At fueris dignior,q̃ Plancus:de quo ita tecum cõtẽdam paulo poſt,vt cõſeruem dignitatem tuã. ſed vt fueris di-

Populi iudicium.

In vulgo nõ eſt cõſilium.

gnior,non cõpetitor,a quo es victus,ſed populus,a quo es ꝓteritus,in culpa eſt.In quo primũ illud debes putare, comitiis,ꝓſertim Adilitiis,ſtudium eſſe populi, non iudiciũ.

Quod ſit propriũ laudis tuę).i.quod tu tibi ipſe tua induſtria & virtute parau eris.Quod enim a maioribus tuis accepiſti, id tibi cũ maioribus cõmune eſt Pręterire).i.magiſtratus nõ facere. Patres).i.Senatores. Tenere) nõ quidẽ habere, ſed retinere.Id eñi patres habuerũt, ſed perpet uo nõ tenuerũt,q̃uis ætate ſua Liuius teneri dicat,vt paulo poſt dicemus. Vt ſecũdo bello Punico,quũ T.Octaciliũ & M. Æmyliũ Regulũ iuniorũ pręrogatiua Conſules diceret, eos Coss. facere e Rep.non eſſe vbi Q. Fabius Maximus docuit,pręrogatiua iuniorũ in ſuffragiũ reuocata Q.Fabiũ Maximũ IIII. & M.Marcellũ III Cõſules dixit.Vt eſt apud eũdẽ Liuiũ lib.24. Eodem authore libro.1.quũ mortuo Romulo de eius ſucceſſore ageretur, patres gratiã ineũt ſumma authoritate populo permiſſa,vt nõ plus darẽt iuris,q̃ detinerent. Decreuerũt enim,vt quũ populus Regẽ iuſſiſſet, id ſic ratũ eſſet,ſi patres authores fierẽt.Hodieq;, inquit,in legibus magiſtratib⁹ q; rogãdis vſurpatur.Id enim ius,vi adempta.Priusq̃ populus ſuffragium ineat,in incertũ comitiorũ euẽtũ patres authores fiũt. Sed poteſtas Senatui erepta eſt lege Gabinia,& biẽnio poſt Caſſia de ſuffragiis tabella non voce ferẽdis,vt eſt in lib.Cic.de Leg 3. Reprehẽſores).i.vt vulgo dicũt, reformatores. Vel quod multo) Aut particula vel ſupuacanea eſt,aut aliquid deeſt. Tũ eñ) quũ patres comitiorũ rephẽſores erãt. Qui ceperat) id eſt qui ſuffragio populi factus erat. Capere magiſtratum dici alio loco docuimus. Si patres authores nõ erãt facti).i.ſi authoritatẽ ſuã Senatus nõ interpoſuerat,ratũ habuerat,cõprobauerat,& vt vulgo dicũt,ratificauerat. Author qd ſignificet,apud Vallã eſt lib.4. Eius exilio)Dãnati eñ de ambitu pœna lege Tullia exiliũ erat,vt pro L.Murena ſcripſimus. Qua nolui ianua) quo nolui introitu.Quia iã cœpi oſtẽdere verũ nõ eẽ populi in mãdãdis magiſtratibus iudiciũ,& nõnũq̃ pręteriri eũ q dignior ſit. Offenſionis tuę).i.vt tu oratione mea offendare. Si mediuſfidius decẽ ſoli eſſent) Paucorũ eñ ſapiẽtium verius meliusq; q̃ totius impitę multitudinis iudiciũ eſt.Itaq; Socrates apud Platonẽ in Critone,Nobis,inqt,curãdũ nõ eſt admodũ,quid de nobis multi loquãtur,ſed qd dicat vnus,qui intelligit iuſta & iniuſta. Gratia)eius cui ſuffragio magiſtratũ mãdat. Precibus)petitoris,eorũq; q petitori ſtudẽt. Ambitus).i.ſalutatione & precibus rogatus. Eſt aũt ambitus participiũ, habetq; accẽtũ acutũ in penultima ſyllaba. Non diſcrimẽ).i.rerũ aut pſonarũ differẽtia.Vt apud Virgiliũ, Nullo diſcrimine agetur,Tros Rutulus ve fuat. Pręſertim Ædilitijs)Nã comitijs Cõſularibus,quibus Cõſules & Prętores iiſdẽ auſpiciis fiũt, maius eſt populi iudiciũ. Studiũ eſſe populi)Studere ꝓ eo qd eſt petitori fauere aliquando dicit.Inde fauorem eum qui petitori tribuatur,alibi docuimus.

Sapiẽtum iudiciũ.

Iudicium vulgi.

Ambitus participiũ.

Studere petitori.

Eblandita nõ enucleata ſuffragia

eblandita illa,nõ enucleata eſſe ſuffragia.eos q̃ ſuffragiũ ferãt,quid deniq; ipſi debeãt cõſiderare ſępius, q̃ qd cuiq; a Rep.videatur deberi.ſin autẽ mauis eſſe iudiciũ,nõ tibi iid reſcindẽdũ eſt,ſed ferẽdũ.Male iudicauit populus:at iudicauit.nõ debuit:at potuit.nõ fero.at multi clariſſimi & ſapiẽtiſſimi ciues tulerũt.eſt em̃ cõditio liberorũ populoꝝ pręcipueq; huius principis populi & omniũ gẽtiũ domini atq; victoris,poſſe ſuffragiis vel dare,vel detrahere qđ velit cuiq;.noſtrũ autẽ eſt, qui in hac tẽpeſtate populi iactemur ac fluctibus,ferre modice populi volũtates , allicere alienas,retinere partas,placare turbatas: honores ſi magni nõ putemus,nõ ſeruire populo:ſin eos expetamus, nõ defatigari ſupplicãdo.Venio nũc ad ipſius populi partes,vt illius cõtra te oratione potius q̃ mea diſputẽ.qui ſi tecũ cõgrediatur,& ſi vna voce loq̃ poſſit,hęc dicat, Ego tibi Laterenſis Plancũ nõ antepoſui : ſed cũ eſſetis æque boni viri,meũ beneficiũ potius ad eũ detuli,q a me cõtẽderat,q̃ ad eũ,q mihi nõ nimis ſubmiſſe ſupplicarat. Reſpõdebis,credo,te ſplendore & vetuſtate familię fretũ, nõ valde ambiẽdum putaſſe.At vero te ille ad ſua inſtituta, ſuorũq; maiorũ exẽpla reuocabit. ſemper ſe dicet rogari voluiſſe,ſemp̱ placuiſſe:M.Seiũ,q ne equeſtrẽ qdẽ ſplendorẽ incolumẽ a calamitate iudicii retinere potuiſſet, homini nobiliſſimo,innocẽtiſſimo,eloquẽtiſſemo, M.Piſoni prętuliſſe:ꝓpoſuiſſe ſe Q. Catulo in ſumma familia nato ſapiẽtiſſimo & ſanctiſſimo viro,nõ dico C.Serenũ ſubtiliſſimũ hominẽ(fuit em̃ & animi ſatis magni & cõſilii)ſed Cn.Manliũ nõ ſolũ ignobilẽ,verũ ſine virtute,ſine ingenio,vita etiã cõtẽpta ac ſordida.Deſiderarũt te,inqt,oculi mei, cũ tu eſſes Cyrenis:me em̃ q̃ ſocios tua frui virtute

malebã:& quo plus intererat, eo plus aberas a me. certe nõ videbã,deinde ſitiẽtẽ me virtutis tuę deſeruiſti ac dereliqſti. cœperas em̃ petere Tribunatũ plebis tẽporibus his,quę iſtã eloquẽtiã & virtutẽ reqrebãt. quã petitionẽ cũ reliquiſſes,ſi hoc iudicaſti, tanta in tẽpeſtate te gubernare nõ poſſe:de virtute tua dubitaui:ſi nolle,de volũtate.

Sitiens virtutis.

Eblandita) id eſt precibus & blanditijs aucupata. Non enucleata)id eſt non ex animo exprompta atq; explicata. Debeãt) petitori. Cõſiderare) Ordo eſt, Illud debes putare,eos qui ſuffragiũ ferant,ſępius conſiderare qd ipſi debeãt,quam quod cuiq; videatur deberi a Rep. Quod cuiq; a Rep. videatur deberi).i.quod quiſq; in Rẽp.cõtulerit beneficium.Itaq; dignus ſit magiſtratu pro meritis. Male iudicauit populus) Altercationis imitatio eſt. Liberorũ populorũ)Liberi populi qui ſint,docuimus pro L.Cornelio Balbo. Modice).i.æquo & moderato animo.Vt in libro de Claris Oratoribus,Si id dolem⁹,qd eo iã frui nobis non licet,noſtrũ eſt id malũ, qd modice feram⁹,ne id ad amicitiã,ſed ad domeſticã vtilitatẽ referre videamur.

Modice.

Alienas)a nobis quæ cõpetitoribus noſtris ſtudeant,aut eorũ qui amici noſtri & neceſſarij non ſunt. Turbatas).i.iratas nobis. Magni nõ putetis) Vt in libro Epiſtolarũ Familiariũ.1.Neq; deniq; in his ipſis rebus, quæ q̃q̃ erãt mihi propter reifamiliaris naufragia,neceſſariæ,tamen a me minimi putabantur in meis damnis ex authoritate Senatus reſerciendis.

Magni putare.

Vt illius contra te oratione) Proſopopœia eſt populi Ro. Laterenſem alloquentis. Quę tamen ipſa interciſa eſt,non perpetua, quales eſſe ſolent.

Beneficium).i.ſuffragiũ. Contenderat).i.poſtulauerat. Ille) populus. Placuiſſe) rogari. M. Seium) Exẽpla hæc apud aliũ authorem nõ inueni niſi de Q.Catulo in Oratione pro L.Murena. In eandẽ enim rem exẽpla ſcribens, Quis,inquit,Q.Catulũ humanitate,ſapientia,integritate antecellentẽ a Cn.Manlio ſuperari poſſe arbitratus eſt? A calamitate iudicii) id eſt a cõdemnatione. Prętuliſſe) ſe dicet. Inquit) populus. Cyrenis) Cyrenę oppidũ Libyę eſt clariſſimũ,de quo Plinius cap.5.quinti libri,multa ſcribit. Socios) Cyrenenſes. Aberat) Legendũ arbitror,aberas. Sitientẽ me virtutis tuę) Tuã enim virtutẽ tum deſiderabã,quũ P. Clodij Trib.pl.furoribus Reſp.vexabatur.Nam ſi eius Collega fuiſſes,furioſis ei⁹ conatibus eloquentia tua & virtute obſtitiſſes. Iſtam) id eſt tuam. Eloquentiam) Eloquentiã aduerſario ſuo tribuit Cicero,vt ſolet. Laterenſem autẽ fuiſſe eloquentẽ oportet,qui ipſe Plancũ accuſauerit. Quam petitionem quum reliquiſſes) id quum petere ceſſaſſes. De virtute tua dubitaui) id eſt te fortem non eſſe putaui.

Cyrene.

Relinquere petitionẽ.

ſin,quod magis intelligo,tẽporibus te aliis reſeruaſti:ego quoq; inquã & Reſp.ad ea te tempora reuocaui,ad quę tu te ipſe ſeruaras.pete igitur eum magiſtratum in quo mihi magnę vtilitati eſſe poſſis.Aediles quicunq; erunt,idẽ mihi,quod oſtenderas. aut ſi quod mea minus intereſt, id te magis forte delectat, reddam tibi iſtam Aedilitatem etiã neglig ẽter petenti.ſed ampliſſimos honores vt pro dignitate tua cõſequare,cõdiſcas cenſeo mihi paulo,ante diligẽtius ſupplicare.Hęc populi oratio eſt.Mea vero Laterẽſis hęc,quare victus ſis,non debere iudicẽ quærere, modo ne largitione ſis victus.Nam ſi quotieſcunq; pręteritus erit is,qui non debuerit pręteriri,toties oportebit eum, qui factus erit,condẽnari, nihil iã eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod direptio , nihil quod ſupplicatio magiſtratuũ, renũciatio ſuffragiorũ expectetur.ſimul vt q ſint profeſſi video quid dic.hic familia cõſulari eſt,ille prætoria, reliquos video eſſe ex equeſtri loco,ſunt omnes ſine macula, ſunt ęque boni viri atq; integri,ſed ſeruari neceſſe eſt gradum,cedat cõſulari generi prætoriũ,nec cõtendat cũ prętorio equeſter locus:ſublata ſunt ſtudia,extinctę ſuffragationes,nullę cõtentiones,nulla libertas populi in mãdandis magiſtratibus,nulla expectatio ſuffragiorum,nihil vt plerũq; euenit,pręter opinionẽ accidet, nulla erit poſthac varietas comitiorũ.Sin hoc perſępe accidit,vt & factos aliquos & nõ factos eſſe miremur:ſi cãpus atq; illę vndę comitiorũ,vt mare ꝓfundũ & immẽſum ſic efferueſcũt quodã quaſi ęſtu,vt ad alios accedãt,ab aliis aũt recedãt,in tãto nos ĩpetu ſtudiorũ & motu temeritatis,modũ aliquẽ & cõſiliũ & rationẽ reqram?Quare noli me ad cõtẽtionẽ veſtrũ reuocare Laterẽſis.etenĩ ſi populo grata ẽ tabella,

Eum magiſtratū).i.Tribunatū plebis,aut Pręturā,aūt Cōſulatū. Aediles
q̄cūq; erūt idē mihi quod oſtēderas)Locus hic emēdatus non eſt, ideo aſte=
teriſco notatus eſt.Quid aūt ſi legas, Aediles q̄cunq; erūt,idē mihi facient
quod oſtēderas.Vt ea ſentētia ſit. Alii quoq; Aediles mihi tm̄ vtilitati erūt,
quantū te fore oſtēdebas,ſi Aedilis factus eſſes.Itaq; relicta Aedilitate pete
eū magiſtratū, in quo mihi magnę vtilitati eſſe poſſis. Si q̄d mea minus
intereſt).i.ſi quod mihi minus vtile eſt. Ampliſſimos honores)Pręturā
& Cōſulatū. Paulo ante diligentius ſupplicare)Ordo eſt. Supplicare ante,
paulo diligētius,q̄ in ędilitatis petitione feciſti. Iudicē quęrere).i.cōpetito=
rē tuū in iudiciū vocare. Modo ne)Vſitatius eſt,q̄ modo nō. Vt in lib.de Modo ne.
Officiis primo,Modo ne laudarēt iracūdiā.Et in lib.de Amicitia,Modo ne
ſumma turpitudo ſequat̃. Direptio).i.vt arbitror,cōtentio & varietas co=
mitiorū,quę vulgo briga dicit̃. Supplicatio magiſtratuū).i.vt magiſtratib⁹
ſupplicet̃,vel vt magiſtratib⁹ ii q̄ comitiis pręſunt cōmendēt populo eum
cui faueāt,aut qui dignus videat̃. Renūciatio ſuffragiorū)Mos erat,vt Cō Renūciatio
ſul is q comitia cōſularia haberet,latis ſuffragiis populo renūciaret,q ma= ſuffragiorū.
iore ſuffragiorū numero Cōſules declarati eſſent.Id poſſis cognoſcere ex li
bro Valerii Max.iii de Conſtātia.Vbi ſcribit C.Piſonē Cos.noluiſſe renūcia
re Palicanū hominē ſeditioſiſſimū. Vt qui ſint profeſſi) Mos itidē erat,vt
qui magiſtratū peterēt,oīes ante profiterētur,q̄ in ſuffragia populus mit Magiſtratū
teretur.Eſt aūt profiteri hoc in loco,magiſtratū in comitiis petere,& nomē petere.
ſuū inſcribi iubere. Simul vt q̄ ſint profeſſi)Impfecta oratio eſt,quali ſę= Profiteri.
pe vtitur Cicero,ne pręparata oratio videat̃. Ille Pretoria)Pretoria fami= Prætoria fa
lia eſt ex qua aliq̄ Pretores fuerūt,nullus tamē Cos.Qualis L.Murenę fa= milia.
milia fuit,anteq̄ is Cos. fuiſſet. Cuius proauus & auus Pretores fuerūt,&
pater ex Pretura triūphauit,vt in ei⁹ defenſione author eſt Cic. Sine ma
cula).i.ſine nota,ſine infamia. Cedat Cōſulari generi Pretoriū)Nā vt ex
Tuditani ſentētia A.Gelli⁹ cap.xiiii.libri.xiii.ſcribit,Imperiū minus Pre=
tor,maius habet Cōſul.Equeſter locus)qui genere Pretorio inferior digni Imperium
tate eſt. Factos)magiſtratus. Vndę comitiorū)In oratione pro L.Mure= Prætoris &
rena ad eandē ſcripſit ſententiā.Quod,inq̄t,fretū,quē Euripū,tot motus, Conſulis.
tantas,tam varias habere putatis agitationes fluctuū. quātas perturbatio= Equeſter lo
nes,& quātos ęſtus habet ratio comitiorū? Dies intermiſſus aut nox inter= cus.
poſita ſępe pturbat omnia,& totā opinionē parua nūnunq̄ cōmutat aura Comitiorū
rumoris. Sępe etiā ſine vlla aperta cauſa fit aliud atq; exiſtimamus,vt nō= vndæ.
nūq̄ ita factū eſſe etiā popul⁹ admiret̃,quaſi vero nō ipſe fecerit.Itē paulo Vulgus mu
poſt,Vt tēpeſtates ſępe certo aliquo cæli ſigno cōmouētur,ſæpe improuiſo tabile.
nulla ex certa ratiōe,obſcura aliqua ex cauſa cōcitant̃,ſic i hac comitiorū tē
peſtate populari ſępe itelligas,quo ſigno cōmota ſit,ſępe ita obſcura eſt,vt
caſu excitata eſſe videat̃.Vt mare pfundū,Fluct⁹ maris pfundi maiores eē Fluctus ma
q̄ min⁹ pfūdi ſcribit Ariſt.li.Probl.23. Si populo grata eſt tabella) Suffra= ris pfundi.
gia primū voce ferebāt̃,deinde Gabinia lege & Caſſia,q̄ biēnio poſt Gabiniā Suffragii la
lata eſt,tabella ferri cœperūt tā in magiſtratu mādādo, q̄ de reo iudicādo. tio.

Quæ legẽs tabellariæ authoritatem Senatus abſtulerunt. Vt eſt in libro Ciceronis de legibus tertio Has leges idem in Lælio quoq; non probat. Videtis,inquit,in tabella iam ante quanta ſit facta labes. Primo Gabinia lex lege,biennio autem poſt Caſſia. Videre iam videor populum Ro.a Senatu diſiũctum,multitudiniſq; arbitrio res maximas agi. De populo a Senatu diſiũcto, deq; ſublata Senatus authoritate in mãdãdis magiſtratibus ante diximus. Ea autẽ tabella erat,in qua ſuffragiorum puncta fiebant.

Tabella ſuffragiorum.

quæ frontes aperit hominum,mentes tegit:datq; eam libertatem,vt quod velint,faciant:promittant autem,quod rogentur:cur tu in iudicio exprimis,quod non fit in campo? Hic q̃ ille dignior per q̃ graue eſt dictu.quomodo igitur eſt ęquũ? ſic credo,quod agitur:ſed ſatis eſt iudici,Hic factus eſt. Cur iſte potius q̃ ego? vel neſcio,vel non dico, vel deniq; quod mihi grauiſſimum eſſet dicere,ſed impune tamen deberem dicere,non recte.nam quid aſſequerer, ſi illa extrema defenſione vterer,populũ quod voluiſſet feciſſe,nõ quod debuiſſet? quid ſi populi quoq; factum defendo Laterenſis? & doceo Cn.Plancum non obrepſiſſe ad honorem,ſed eo veniſſe curſu qui ſemper patuerit omnibus hoc noſtro equeſtri loco? poſſum ne eripere orationi tuę contentionem veſtrum? quę tractari ſine contumelia non poteſt? & te ad cauſam crimẽq; deducere? Si ꝙ Equitis Ro. filius eſt, inferior eſſe debuit,omnes tecum Equitum Romanorum filii petiuerunt,nihil dico amplius.hoc tamen miror, cur tu huic potiſſimum iraſcare, qui longiſſime a te abfuit.Equidem ſiquando,vt fit,iactor in turba, non illũ accuſo,qui eſt in ſumma ſacra via,cũ ego ad Fabiũ fornicẽ impellor, ſed eũ q in me ipſum incurrit atq; icidit.tu neq; Q.Pedio forti viro ſuccẽſes,neq; huic A.Plotio ornatiſſimo hoĩ familiari meo:& ab eo q hos dimouit, poti9,q̃ ab iis,q in te ipſum incubuerũt,te depulſũ putas.

In ſumma ſacra via.

Sed tamẽ hęc tibi eſt prima cum Planco generis veſtri fa miliæq; cõtentio, qua abs te vincitur.

Quę frontes aperit hominũ, mentes tegit) Id, vt arbitror, hunc habet intellectũ, vt ad ferẽdum ſuffragiũ accedere cognoſcãtur: cui autẽ ſuffragati ſint, ignotũ ſit. Et Cicero lib. de Legibus. iii. leges tabellarias reprehendens dicit latebrã populo his legibus dandã nõ fuiſſe, in qua bonis ignorãtibus quid quiſq; ſcribit, tabella vitioſum occultaret ſuffragiũ. Eã ob rẽ Oppianicus exiſtimãs iudices XVI a Staleno ſuo nomine corruptos eſſe, vt videret a quibus abſolueretur, palam nõ clam, id eſt voce non tabella iudiciũ ferri voluit, vt eſt in oratione pro A. Cluẽtio. Quod velint faciant) ſiue ita promiſerint, ſiue cõtra. Exprimis). i. extorques, & Plãcũ cogis cõfiteri. In cãpo) Martio. i. in ferendis ſuffragiis. Perq; graue eſt dictu) Nã omnis cõparatio, vt dici ſolet, odioſa eſt. Si igitur eſt graue dictu, ęquũ nõ eſt. Qđ agitur). i. id de quo quęſtio eſt, quod ſe dicat Laterẽſis Plãco eſſe digniorẽ. Grauiſſimũ). i. permoleſtũ. Illa extrema defenſione) Nã ſi aliud non haberẽ, quo Plancũ defenderẽ, illa eſſet extrema & potiſſima defenſio, vt dicerẽ populũ quod voluiſſet, feciſſe, nõ quod debuiſſet. Populi factũ defend). i. populũ recte feciſſe oſtẽdo. Nõ obrepſiſſe ad honorẽ). i. clãdeſtina via & largitione ad Ædilitatẽ veniſſe. Hoc noſtro equeſtri loco). i. qui ſunt ex equeſtri ordine, ex quo ego & Plãcus ſumus. Oratio tuæ), i. ab oratione tua. Eſt autẽ locutio per datiuũ elegãtior. Omnes tec. &c.). i. omnes tui cõpetitores ex equeſtri ordine fuerũt. Oſtẽdit aũt nõ fuiſſe cur Plãco Laterẽſis iraſceretur. Iactor in turba). i. huc & illuc pellor in turba populi. In ſumma ſacra via). i. in ſumma & vltima parte vię ſacrę. Vt pro L. Murena, Qua in ciuitate rogati infimorũ hominũ filios, prope de nocte, ex vltima ſępe vrbe deductũ venire ſoleamus. i. ex vltima parte vrbis. Vt extremũ librum & extremã epiſtolã pro vltima parte libri aut epiſtolę dici in Catonẽ Maiorẽ Ciceronis ſcripſimus. Eſt autẽ ſacra via Romę, vocata quod in ea fœdus ictũ ſit inter Romulũ & Sabinos. In ea via forũ aliquod fuiſſe Ouidius ſignificat lib. de arte. ii. Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa, Illa, vel in ſacra ſint licet empta via. Ad Fabiũ fornicẽ) Legendũ arbitror, ad Fabii fornicẽ, vel ad Fabianum fornicẽ: vt Actione in Verrẽ ſecũda, Videt ad ipſum fornicem Fabianũ in turba Verrẽ. Eſt autẽ fornix Fabianus, vt ait Aſconius Pedianus, arcus iuxta Regiam in ſacra via a Q. Fabio Allobrogico Cẽſore cõſtructus, ibiq; ſcuta eius poſita ſunt. Impellor). i. iactor. Qui me ipſum incurrit). i. qui me impellit & trudit. Q. Pedio) Q. Pediũ & A. Plotiũ equeſtri loco natos Laterẽſis cõpetitores fuiſſe ſignificat. Qui hos dimouit) Videtur ſignificare Pediũ & Plotiũ pręteritos. Incubuerũt) i. incurrerũt & inciderũt. i. q te Aedilitate deiicere voluerũt, vt ipſi Ædiles fierẽt. Eſt prima cũ Plãco &c.) Laterẽſis cũ ſe dixit dignitate Plãco ſuperiorẽ eſſe, id primũ dixit, quod genere familiaq; digniore eſſet.

Sũma via.

Via ſacra.

Fabii fornix.

Cur enim nõn cõfitear, quod neceſſe eſt? ſed nõ hic magis
q̃ ego a meis cõpetitoribus, & alias & in Cõſulatus peti-
tione vincebar. Sed vide ne hęc ipſa, quę deſpicis, huic ſuf
fragata ſint. ſic enim cõferamus. eſt tuũ nomen vtraq; fa-
milia cõſulare. nõ dubitas igitur quin omnes, qui fauẽt no
bilitati, qui id putãt eſſe pulcherrimũ, qui imaginibus, qui
nominibus veſtris ducũtur, te Aedilẽ fecerint. equidẽ non
dubito: ſed ſi parũ multi ſunt, qui nobilitatẽ amẽt, nũ iſta
eſt noſtra culpa? etenim ad caput & ad fontẽ vtriuſq; ge-
neris veniamus. Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſcu-
lano, ex quo plurimę familię ſunt cõſulares, in quibus eſt
etiã Iuuẽtia, quot e reliquis municipiis omnibus nõ ſunt.
Hic eſt e pręfectura Atinati, nõ tam priſca, non tã honora
ta, nõ tam ſuburbana. quantũ intereſſe vis ad rationẽ petẽ
di, primũ vtrum magis fauere putas Atinates, an Tuſcula
nos ſuis? alteri (ſcire em̃ hoc propter vicinitatẽ facile poſ-
ſum) cũ huius ornatiſſimi atq; optimi viri Cn. Saturnini
patrẽ Aedilẽ, cum Prętorẽ viderũt, q primus ille non mo
do in eã familiã, ſed etiam in pręfecturã illam, ſellã curu-
lem attuliſſet, mirandũ in modũ lętati ſunt. Alteros cre-
do quia refertum eſt municipiũ Conſularibus, nam male-
uolos non eſſe certe ſcio, nunq̃ intellexi vehemẽtius hoſpi
tum ſuorum honore lætari. habemus hoc nos, habent no-
ſtra municipia. quid ego de me, de fratre meo loquar?
quorum honoribus agri prope dicam ipſi, monteſq; fa-
uerunt. nũ aliquãdo vides Tuſculanũ aliquem de M. Ca
tone illo in omni virtute principe, nũ de T. de Corũcano,

Ciceronis petitio Conſulatus.

Et alias). i. in petitione Aedilitatis & Pręturę. Et in Cõſulatus petitio-
ne) Mihi ipſi accidit, inquit Cic. pro L. Murena, vt cũ duobus Patriciis, al-
tero improbiſſimo atq; audaciſſimo, altero modeſtiſſimo atq; optimo viro

petērē. Superaui tamen dignitate Catilinā, gratia Galbā. Aſconius Pædianus Ciceroni dicit in petitione Cōſulatus ſex fuiſſe cōpetitores. Duos Patricios P. Sulpitiū Galbā, L. Sergiū Catilinā, quatuor plebeios, ex quib⁹ duo nobiles, C. Antoniū M. Antonii oratoris filiū, L. Caſſiū Longinū, duos qui tamen nō primi ex familiis ſuis magiſtratū adepti erāt Q. Cornificiū & C. Liciniū Sacerdotē. Solus Cicero ex cōpetitoribus equeſtri loco erat natus.

Vtraq; familia) paterna & materna. Ad caput & ad fontē) .i. ad originē.

Ex municipio antiquiſſimo Tuſculano) Tuſculum oppidū in Latio fuit cōditū a Telegono Vlyſſis & Circes filio, de quo Sillius Italicus lib. vii. At Cato tū prima ſparſus lanugine malas, Quod peperere decus Circeo Tuſcula dorſo Mœnia Laertis quondā regnata nepotes. In quibus eſt etiā Iuuētia) ex qua erat Laterēſis, quē Velleius Paterculus appellat M. Iuuētiū Laterenſem. Quot ex reliquis) Quod refertur ad id, plurimę familię, vt ea ſententia ſit, plurimę familię, quot .i. quā multę. Nec hic locus aſteriſco notari debuit. Hic eſt e Pręfectura) Vrbiū Italiæ quę ius ſuffragii Romę haberent alię erāt municipia, alię colonię, alię pręfecturę. id ſignificat Cicero pro P. Seſtio, Erat, inqt, in luctu Senatus, ſqualebat ciuitas publico cōſilio mutata veſte. Nullū erat municipiū Italiæ, nulla colonia, nulla pręfectura, nulla Romę ſocietas vectigaliū, nullum collegiū aut conſiliū, aut omnino aliquod cōmune conſiliū, quod tum nō honorificētiſſime decreuiſſet de mea ſalute. Idē pro Varrone dixit in præfectura fulginate. Vt ait Priſcianus lib. vii. Volateranus tamē lib. vi. ex Iulii Frontini coloniarū libro tradit Atinā deductam coloniā a Claudio Nerone. Fuit autē Claudius Nero Cos. ſecūdo bello Punico. Atina potens a Virgilio dicitur lib. vii. Eam eſſe ciuitatē Seruius dicit iuxta Pontinas paludes, dictā a morbis, qui gręce ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Eam eſſe vicinā Arpino Cicero hoc in loco ſignificat. Non tam priſca) quā Tuſculū. Nō tam honorata) .i. ex qua non fuerūt tam multi viri honorati .i. magiſtratus. Non tam ſuburbana) id eſt vrbi propinqua. Intereſſe) inter te & Plancū, aut inter Tuſculū & Atinā. Alteri) .i. Atinates. Propter vicinitatē) Quia Arpinū Atinæ vicinum eſt. Huius ornatiſſimi viri) Cn. Saturninū in Plāci iudicibus eſſe, eiuſq; patrē Cn. Saturninū appellatū eſſe ſignificat. In eam familiā) Plācorū. Sellā curulē attuliſſet) Vel quū fuit Aedilis. Aediles enim curules duo erāt, vel quū fuit Prætor. Alteros) Tuſculanos. Maleuolos) .i. inuidos. Maleuolentiā eñ definiūt Stoici, vt ſit voluptas ex malo alterius ſine emolumēto ſuo. Author eſt Cicero lib. Tuſculanarū quęſt. iiii. Hoſpitum ſuorū) Aut municipes appellat hoſpites, qua in re dici nō legi, aut municipū non hoſpitū legi debet. Agri prope dicā ipſi &c.) Hyperbole eſt. Significat enim Arpinates omnes ſibi & fratri ita ſtudioſe fauiſſe, vt etiam res inanimæ fauere viſæ ſint. Eſt etiam metaphora. Rebus enim inanimis dat ſenſum. In omni virtute principem) Genus dicendi attendendum. De T. Coruncano) De hoc plura ſcripſimus in Catonē Maiorē Ciceronis.

Tuſculi antiquitas.

Iuuentia familia.

Vrbium Italię genera.

Pręfectura.

Atina op.

Suburbanum.

Maleuolus.

Princeps in omī virtute

municipe ſuo, num de tot Fabiis gloriari? verbum nemo
facit: at in quemcunq; Arpinatem incideris, etiam ſi no-
lis, erit tamē tibi fortaſſe de nobis aliquid & de C. Mario
audiendum. Primū igitur hic habuit ſtudia ſuorū arden-
tia: tu tanta, quāta in hominibus iam ſaturatis honoribus
eſſe potuerunt. deinde tui municipes ſunt illi quidem ſplē
didiſſimi homines, ſed tamē pauci, ſi quidem cum Atina-
tibus conferantur: huius præfectura plena virorū fortiſſi-
morum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poſſit. quā
quidem nunc multitudinem videtis Iudices in ſqualore &
luctu ſupplicem vobis. Hi tot equites Ro. tot Tribuni
ærarii, (nam plebem a iudicio dimiſimus, quę cuncta co-
mitiis adfuit) quid roboris, quid dignitatis huius petitio
ni attulerunt? non enim tribum Terentiam, de qua dicā
alio loco, ſed dignitatem, ſed oculorum coniectum, ſed ſo
lidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam prębuerunt.
Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehemēter
mouentur. omnia quę dico de Planco, dico expertus in no
bis. ſumus enim finitimi Atinatibus. laudanda eſt, vel etiā
amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem,
Vicinitas laudanda. non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mendaciis, nō fu
Infuſcata maleuolentia. cata, nō fallax, non erudita artificio ſimulationis vel ſub-
urbano, vel etiam vrbano. nemo Arpinas non Planco ſtu
Tractus Venafranus. duit, nemo Soranus, nemo Caſſinas, nemo Aquinas. to-
tus ille tractus celeberrimus Venafranus, Allifanus, tota

Municipe ſuo) Vt cōciuis non dicitur, ita nec communiceps. Sed mu-
niceps meus tuus ſuus noſter & veſter. In quemcunq; Arpinatem inci-
deris). id eſt quēcunq; Arpinatem forte alloquaris. In ſqualore & luctu)
Reo amici & propinqui fauebant, erant in ſqualore & luctu, vt affectus
Tribuni ærarii. iudicibus mouerent. Tribuni ærarii) Eos fuiſſe Budæus arbitratur, qui
ea munera obirent, quæ nunc generales receptores obeunt, attributam

pecuniā Queſtoribus prouincialibus annumerātes ex ærario prōptā. Secūdū Varronē, vt idē ait, ij erāt q militibus ipſis protinꝰ adnumerabāt, q nūc ſūt theſaurarij bellici. Hęc igit̃ diuerſis tēporibus varie conſtituta ſunt. Dimiſimus) vulgo dicerēt, remiſimus. Tribū Terētinā) Tribus primū fuerūt tres Tatienſis, Ramnes, Luceres. Poſt de noībus Sabinarū plures factę, quibus p̄cātibus bellū parētū maritorūq; finitū eſt. Ad poſtremū triginta quinq; factę. Obtinuerūt aūt nomē aut a tributo dādo, aut qa primo tres tātū fuerūt. Vnde etiā Tribuni dicti. Author eſt Aſconius Pędianus in cōmētarijs in Verris accuſationē. Idem alio loco ſcribit tribus vrbanas ruſticasq; eſſe. xxxv. Hæ tribꝰ etiā curię appellātur, authore T. Liuio lib. 1. Quū Romulus populū Rom. in curias triginta diuideret, his curijs Sabinarū noīa impoſuit. Nec id verū eſt, qd imperitę multitudini ꝑſuaſum eſt, Tribum cognationis atq; propinquitatis collectionē quādā ſignificare. Atq;, vt qd ſit tribus intelligas facilius, exēpli gratia rē nō ignotā accipiā. Schola hęc Pariſiēſis in nationes quatuor diuiſa eſt, Gallicā, Picardicā, Normanicā, & Germanicā, quę tertio quoq; mēſe ſuffragio Rectorē faciūt. Eadē ratione populus Ro. in xxxv. tribus diuiſus erat, quarū ſuffragio magiſtratus fiebāt. Nec quiſq̄ ciuis Romanus erat, qn ex aliqua tribu eſſet. Nec ciues Romani tātū fiūt, q Romæ nati ſunt, ſed q ſunt ex municipiis, ex colonijs, ex pręfecturis. Hi eñ oēs ius ſuffragij habent, qd ſoli ciues habent. Terētina tribus Cn. Planco ſuffragata eſt. Oculoꝝ coniectū) .i. de ſe admirationē, vt ĩ eos ciuiū oculi conijcerētur. Solidā) .i. integrā.

Trib' quot fuerunt, & vnde appellatæ.

Robuſtā) .i. firmā. Frequētiā) quia frequētes fuerūt, vt Plāco ſtuderēt. Sumus) Nos Arpinates. Nō infuſcata maleuolētia) .i. nō liuida inuidia. Eſt aūt fuſcus color ſubniger & liuidus. Fucata) .i. fraudulēta. Donatus exponēs illud Terētij in Eunuc. Per alienas tegulas Veniſſe clāculū ꝑ impluuiū, fucū factū mulieri. Fucū factū, inqt .i. vt fucū faceret, hoc eſt, inſidias & fraudē. Fucū aſtutā fraudē. Hęc ille. Nō erudita artificio ſimulationis) Eruditꝰ artificio ſimulationis dicit̃ is q callide rē nouit diſſimulare, q geminis ſellis ſcit, vt in ꝓuerbio eſt, ſedere. Et vt vulgo dicūt, q ſit natare inter duas aquas. Cuiuſmodi ſunt, q ad cōpetitores ſe accōmodāt, iiſq; ſuffragiū ꝑmittūt, quū vni tātū, aut nulli ſuffragaturi ſint. Eruditū in malā rē dici hoc in loco adnotādū eſt. Nā ſępius in bonā rē dicit̃. Vel etiā vrbano) .i. aſtuto. Vrbs eñ, vt ait Aſconiꝰ, aſtu dicit̃. Terentius, An in aſtu venit. Vrbani aūt q̄ ruſtici ſunt callidiores. Nemo Soranus) Significat illa municipia Atinę vicina eſſe Arpinū, Sorā, Caſſinū, Aquinū, Venuſiū, Allifam. Ea vt ſibi vicina Plinius cap. v. libri. 3. enumerat. Tractus) Tractū dicit ꝓ amplo ſpatio terrę, quā regionē appellamus. Vulgo cōtreā, quaſi cōtractū appellāt. In eadē re Virgilius dicit in lib. Georg. 2. Indicio eſt tractu ſurgēs oleaſter eodē Plurimus. Celeberrimus) .i. frequētiſſimus, & vt vulgo loquūtur,

Fuſcus color.

Fucus.

Eruditus artificio ſimulatiōis.

Vrbanus ꝓ aſtuto.

Tractus.

maximẽ populoſus.

deniq; noſtra illa aſpera & mõtoſa & fidelis & ſimplex & fautrix ſuorũ regio, ſe huius honore ornari, ſe augeri dignitate, arbitrabatur. iiſdẽq; nũc e municipiis adſunt Eq-tes Ro. publice cũ Legationis teſtimonio: nec minore nũc ſunt ſollicitudine, q̃ tũ erãt ſtudio. etenim eſt grauius ſpoliari fortunis, q̃ non augeri dignitate. Ergo vt alia in te erãt illuſtriora Laterẽſis, quę tibi maiores tui reliquerãt: ſic te Plancus hoc nõ ſolũ municipii, verũ etiã vicinitatis genere vincebat. niſi forte te Labicana, aut Gabina, aut Bouillana, aut Sabina vicinitas adiuuabat, quibus e municipiis vix iã qui carnẽ Latinis petãt, inueniũtur. Adiungã (ſi vis) id q͏̃d tu etiã hic obeſſe putas, patrẽ Publicanũ, qui ordo quãto adiumẽto ſit in honore, quis neſcit? flos enim Equitũ Ro. ornamẽtũ ciuitatis, firmamentũ Reip. Publicanorũ ordine cõtinetur. quis eſt ergo, qui neget ordinis eius ſtudiũ fuiſſe in honore Planci ſingulare? neq; iniuria: vel q͏ erat pater is, qui eſt princeps iãdiu Publicanorũ, vel q͏ is ab ſociis vnice diligebatur, vel q͏ diligẽtiſſime rogabat. vel quia pro filio ſupplicabat, vel quia hu9 ipſius in illũ ordinẽ ſumma officia Quæſturę, Tribunatusq; conſtabãt, vel q͏ illi in hoc ornãdo ordinẽ ſe ornare & cõſulere liberis ſuis arbitrabãtur. Aliq͏d p̃terea, timide dico, ſed tamẽ dicendũ eſt. non enim opibus, nõ inuidioſa gratia, non potẽtia vix ferenda, ſed commemoratione beneficii, ſed miſericordia, ſed precibus aliquid attulimus etiam nos, appellaui populum, tribubus ſubmiſi me & ſupplicaui: vltro mehercule ſe mihi etiam offerentes,

Latinis carnẽ petãt.

Publicanorũ ordo.

Montoſũ.

Montanũ.

Et montoſa) Montoſum a monte, non vt vulgus dicit, montuoſum, dici attẽdas. Montanũ locũ qui planus non ſit, Quintilian9 libro

quinto appellat. Inde quid inter mōtoſum locū & mōtanū interſit faſcile intelligas. Huius honore) Planci Aedilitate. Publice) i. qui publice miſſi ſunt. Tum) i. in comitiis Aedilitiis. Alia in te erant illuſtriora) vt nobilitas, vt Cōſularis familię vtriuſq; dignitas. Hoc nō ſolū municipii) i. Atinæ, cuius plures multo q̄ Tuſculi municipes ſunt, iiq; oēs Planco ſtudioſe fauerunt, quū Tuſculani pauci Laterēſi ſtuduerint. Municipiū aūt Atinā vocat, quā ante appellauit Pręfecturā. Niſi municipiū ad Tuſculū velis referre. Lauicana) Labicana nō Lauicana legi debet, a Labico vetuſto ſane oppido, cęterū diſiecto, vt ait Strabo lib. v. Id oppidū a Minoe ædificatū fuiſſe Seruius ſignificat in lib. Aen. 7. Labicos in eodē. vij. Virgili⁹ appellat, Et picti ſcuta Labici. Significat aūt Cicero Labicanos, Gabinos, Bouillanos, Sabinos Tuſculanis vicinos eſſe. Latinis) i. in Latinis feriis. De his ꝑ Milone ſcripſimus amplius. Vix inueniūtur) Significat ea municipia eū tractū nō eſſe celebrē. Publicanū) Publicani ex ordine equeſtri erāt, iiq; populi Ro. vectigalia cōducebāt quęſtus ſui cauſa. Id aūt eſt artificioſum vt q̄d accuſator ſibi prodeſſe putauit, id patronus ad cauſę ſuę vtilitatē cōuertat. Laterēſis aūt obiecerat Planci patrē eſſe publicanū vt ei faceret inuidiā, tāq̄ ordo ille eſſet odioſus. Nā, vt ait Cicero in libro de Officiis. 1. Improbātur ii quęſtus, qui in odia hominū incurrūt, vt portitorū, & fœneratorū. Portitores aūt aut Publicanos aut a Publicanis cōſtitutos eſſe ignotū nō eſt. Vel id obiecit, quo faciat magis veriſimilē Planci largitionē, cuius pater egregie nummatus ſit, vt Publicanus. In honore) i. in magiſtratu adipiſcendo. Firmamētū Reip. Cicero ꝓ lege Manilia, Si vectigalia neruos eſſe Reip. ſemper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinū recte eſſe dicemus. Idē paulo ante Publicanos appellat homines honeſtiſſimos atq; ornatiſſimos. Qui eſt princeps iādiu publicanorum) Publicanorum principes Aſconinus dicit appellari mancipes. Ab ſociis) id eſt a reliquis publicanis. Rogabat) ſocios, aut ciues Romanos. Huius ipſius) Planci. Summa officia) i. beneficia maxima. Quæſturę Tribunatusq;) Hunc fuiſſe Quæſtorem, & Tribunū pl. poſtea Cicero dicet. Illi) Publicani. Conſulere liberis ſuis) Vt ipſi fieri poſſent magiſtratus. Aliquid præterea) Oſtendit Cicero ſe Planco ſtuduiſſe, multosq; ei ſua cauſa ſuffragatos. Timide dico) Vt arrogantiam fugiat, ne nimia eius gratia videatur. Sed tamen dicendum eſt) quia pertinet ad cauſæ vtilitatem. Non enim opibus) Coniicere licet hoc loco Laterenſem dixiſſe, opes Ciceronis, nimiam gratiam & potentiam iuuiſſe Plancum. Itaq; Ciceronem dixiſſe, ſed tamen dicendum eſt, vt ea ſe inuidia liberaret, quā ei aduerſarius fecerat. Beneficii) q̄d in me Plancus in Macedonia contulerat. Miſericordia) quum mei miſert⁹ eſt. Precibus) quia populum rogaui.

Labicum.

Publicani qui ſint.

Mancipes.

vltro pollicentes rogaui:valuit cauſa rogãdi, nõ gratia. nec ſi vir ampliſſimus,cui nihil eſt, qđ roganti cõcedi nõ iure poſſit,de aliquo, vt dicis,nõ impetrauit,ego ſum arrogans,ꝙ me valuiſſe dico.Nã vt omittã illud, ꝙ ego pro eo laborabã, qui valebat ipſe per ſeſe:rogatio ipſa ſemꝑ eſt gratioſiſſima,q̃ eſt officio neceſſitudinis cõiũcta maxime.neq; ego ſic rogabã,vt petere viderer, quia familiaris eſſet meus,quia vicinus,qa huius parẽte ſemper plurimũ eſſem vſus:ſed vt quaſi parẽti & cuſtodi meo,nõ potẽtia mea,ſed cauſa rogationis fuit gratioſa.nemo mea reſtitutione lętatus eſt,nemo iniuria doluit, cui nõ huius in me miſericordia grata fuerit. Etenim ſi ante reditũ meũ Cn. Planco ſe vulgo viri boni,cũ hic Tribunatũ peteret,vltro offerebãt: cui nomẽ meũ honori fuiſſet,ei meas pręſentes preces,nõ pu[illegible]s profuiſſe? An Minturnẽſes coloni, ꝙ C. Mariũ ciuili errore atq; ex impiis manibus eripuerũt,ꝙ tecto receperũt,ꝙ feſſum inedia fluctibusq; recrearunt, ꝙ viaticũ cõgeſſerũt,ꝙ nauigiũ dederũt,ꝙ eũ linquẽtẽ terrã eã quã ſeruauerat,lachrymis votiſq; oibus ꝓſecuti ſũt æterna in laude verſantur:Plãco,ꝙ me vel vi pulſum,vel ratione cedẽtẽ receperit, iuuerit,cuſtodierit:is & Senatui populoq; Romano,vt haberẽt qđ reducerẽt,conſeruarit: honori hanc fidem,miſericordiã,virtutem fuiſſe miraris?

Pollicentes)ſuffragia Planco. Nec ſi vir etiã) Sẽtẽtia eſt.Nõ ſequit. Aliqs vir ampliſſim⁹ de aliquo,vt dicis,nõ impetrauit, ergo ego ſum arrogãs,q me ab oibus quos rogaui impetraſſe dico. Vir ampliſſim⁹) Hic vt arbitror nõ de certo aliquo,ſed cõmuniter,de omni viro intelligit,qui ſit ampliſſimus. De aliquo) ciue quem rogauit, non impetrauit.aut de aliquo.i.de aliqua re. Rogatio ipſa ſemper eſt gratioſiſſima) Nã qui aliqd cõferre poſſunt,volũt rogari,vt hac ætate,aulici & iudices.Populo etiã Ro.grata erat rogatio. Gratioſiſſima)Magis eſt

Gratioſiſſima.

quãſi dixiſſet gratiſſima. Quæ eſt officio neceſſitudinis cõiũcta maxi-

me).i.quæ rogatio multo magis gratioſa eſt,quũ adhibeť cauſa alicui⁹ neceſſarij.i.ppinqui, vel affinis,vel amici. Coiũcta).i.aucta & vt dicũt duplicata. Vt petere viderer)ſuffragiũ Plãco. Quia vicin⁹)Nã Atinæ Arpinũ,vt dictũ eſt ante,vicinũ eſt. Hui⁹ parẽte ſemp plurimũ eſſem vſus).i.Planci pater mihi ſemp familiaris plurimũ fuiſſet. Cauſa rogationis) quia petebã ſuffragia populi Planco quaſi parenti & cuſtodi meo. Parẽti) In oratione poſt reditũ in Senatu, de Planco ſcribens, Qui ſi mihi Quæſtor Imperatori fuiſſet,in filii loco fuiſſet.Nunc certe erit parẽtis,quũ fuerit Quæſtor nõ imperii,ſed doloris mei. Mea reſtitutione) Ex pceptione Vallæ dicẽdũ eſſet mei reſtitutione:& ante,cuſtodi mei.Id admoneo,vt noris illã Vallæ pceptionẽ perpetuã nõ eſſe Etenĩ ſi ante reditũ meũ)Argumẽtũ eſt a minore ad maius. Vulgo) .i.vniuerſi.In ea re dici eſt in Orõne pro L.Murena. Quũ hic Tribunatũ peteret) Cn.Plãcus ex Macedonia ante Ciceronẽ rediit,isq; Tribunatũ plebis petiuit,quẽ adeptus eſt. Nomẽ meũ) abſentis.ſ. Honori).i.ad Tribunatũ adipiſcẽdũ. Præſentes pces).i.a me pſente adhibitas. An Minturnẽſes coloni)A maiore ad minus arguit. Minturnę populi Ro.colonia eodẽ Senatuſcõſulto deducta quo Caſſinũ.Ea autẽ ad hoſtiũ fluuii Liris deducta eſt,vt eſt apud T.Liuiũ libris. ix. & x. Coloni)Coloniarũ incolæ,q ciues Romani ſunt.coloni, vt municipiorũ municipes appellati ſunt. Quid aũt coloniæ a municipia differãt.eſt apud A.Gelliũ cap.13.lib.16. Q; C.Mariũ) L.Sylla Cõſul aduerſus factionem P.Sulpitii,& C.Marii Romę pugnauit,eaq; expulit. Ex quo.xii.a Senatu hoſtes iudicati ſunt,in qbus fuit C.Marius. Is quũ in paludibus Minturnẽſiũ lateret,extractus eſt ab oppidanis.Tũ ſeru⁹ quidã Cimber ad eũ occidẽdũ miſſus, tãti viri dignitate exterritus re infecta receſſit.Is igiť naui publice impoſitus in Africã delatus eſt.Au thor eſt T.Liuius lib.77.Rẽ fuſius ſcripſerũt Appianus libro bellorũ Ciuiliũ.1.& Plutarchus in eius vita. Errore).i.periculo. Errare enim perire ſignificat. ἀπὸ τοῦ ἐξ(ι)ν).i.a pereundo,vt ſcribit A.Gellius ca. 11.libri.16.ex Cloatij Verrij ſentẽtia.In ciuili piculo verſabať Mari⁹, quẽ Equites Syllę inqrebãt,vt eũ necarẽt. Ex impiis manibus) Equitum Syllę,qui C.Mariũ parẽtẽ Italię,qui Cimbros repreſſerat,necare cupiebãt. Fluctibus)Nã in paludibus delituerat. Nauigium) Id pro naui dicit. Terram eã).i.Italiam.Ideo C. Marium conſeruatorem patriæ Cicero appellat pro P.Seſtio. Vi pulſum) a P.Clodio. Vel ratione cedentem) Quãuis permulti hortarentur Ciceronem vt armis ſe defenderet cõtra P.Clodiũ,eiq; operam ſuam pollicerentur.Id ſine magna cęde ciuium fieri non poſſe vidit. Qui igitur ciuium ſalutem in opprimẽda coniuratione tutatus fuerat,noluit cauſa eſſe,vt ciues necarentur.Maluit igitur furori & tempori cedere. Vt haberent quod reducerent) id eſt me.

Mea reſtitutio. Vulgo. Minturnę. C.Marius exul. Error pro periculo. Nauigium pro naui.

Vitia merhercule res hæ Cn Plancii, de quibus dixi, tegere potuerunt, ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot & tanta adiumenta huic honori fuiſſe mirere. Hic eſt enim qui adoleſcētulus cū A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo grauiſſimo & ſanctiſſimo atq; omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, vt & contubernii neceſſitudo & adoleſcētuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat. quod ſi adeſſet, non minus ille declararet, q̄ hic illius frater patruelis & ſocer T. Torquatus illi omni virtute & laude par: qui eſt quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis cōiūctus: ſed ita magni amoris, vt illę neceſſitudinis cauſę leues eſſe videantur. Fuit in Creta poſtea cōtubernalis Saturnini propinqui ſui, miles huius Q. Metelli. quibus cū fuerit probatiſſimus, hodieq; ſit, oībus eſſe ſe probatū debet ſperare. In ea prouincia Legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute? qua cōſtātia vir L. Flaccus, qui homo? qui ciuis? qualē hūc putēt, aſſiduitatē teſtimonioq; declarāt. In Macedonia Tribunus militū fuit. in eadē prouincia poſtea Quęſtor. primū Macedonia ſic eū diligit, vt indicāt hi principes ciuitatū ſuarū: q cū miſſi ſint ob aliā cauſam, tamē huius repētino periculo cōmoti huic aſſidēt, pro hoc laborāt: huic ſi pręſto fuerint, gratius ſe ciuitatibus ſuis facturos putāt, q̄ ſi legationem & mādata ſua cōfecerint. L. vero Apuleius hunc tanti facit vt morē illū maioꝝ, qui præſcribit in parētum loco Quæſtoribus ſuis Prętores eſſe oportere, officiis beneuolentiaq; ſuperarit.

Frater patruelis.

Vitia me hercule) Fidē, miſericordiā, & virtutē Planci tāta fuiſſe dicit, vt etiā vitia, ſi vlla in eo fuerūt, tegere potuerint. Sed eū ab ineunte ætate viris grauiſſimis probatū fuiſſe oſtendit. vt mirū non ſit, plures ei ſuffragatos. Huic) Planco. Honori) i. ad Aedilitatē adipiſcendā.

Hic eſt enim &c.) Illũ morẽ fuiſſe apud Romanos veteres, alio loco diximus, vt clarorũ virorũ eorũq; amicorũ filios, adoleſcentes Imperatores in prouinciã proficiſcẽtes ſecũ deducerent, ſuoq; tabernaculo acciperent, vt diſciplinæ militaris peritiã ab ineunte ætate diſcerẽt. Nobilium filios hac quoq; ætate in bellũ deduci ſolitos, nemo neſcit. A. Torquato) Is eſt ad quem Ciceronis aliquot epiſtolæ ſunt libro. vj. quẽ virũ optimũ, ſuiq; amantiſſimũ, cuius inſigne in ſe ſtudium in diſceſſu idem dicit in libro d Finibus ſecũdo. Profectus) cum Imperio. Frater patruelis) Sobrinos ex duabus ſororibus, cõſobrinos ex fratre & ſorore, ex fratribus patrueles appellari Donatus in Hecyrã Terẽtij ſcripſit. Paulus Iuriſc. libro Digeſtorũ xxxij. de gradibus affinitatis, eos q ex fratribus & ſororibus naſcãtur a nõnullis ita diſtingui dicit, vt eos qui ex fratribus nati ſunt, fratres patrueles, item eas quę ex fratribus natę ſunt, ſorores patrueles. Ex fratre autẽ & ſorore amitinos, & amitinas. Eos autẽ & eas, qui queve ex ſororibus nati natæve ſunt conſobrinos & conſobrinas appellarẽt, quaſi conſororinos. Et ſocer) A. Torquati patruelis filiã Titus vxorẽ duxit. Cõnubia inter propinquos veteri iure Romanorum fieri & quibus in gradibus non liceret, pro A. Cluentio ſcripſimus. Propinquitatis) quia frater patruelis eſt. Affinitatis) Nam eius gener eſt. Leues eſſe) ſi cum amore conferantur.

Q. Metelli) qui a Creta deuicta Creticus cognominatus eſt. Significat eum Metellum fuiſſe in Planci iudicibus. Legatus) Q. Metello.

C. Sacerdos) Is eſt C. Licinius Sacerdos, cui Prætori Verres in Sicilia ſucceſſit. L. Flaccus) In ea prouincia Legatus fuit eidem Metello. Is eſt L. Valerius Flaccus, quẽ repetũdarũ Cicero defendit. Macedonia) id eſt Macedones. Eſt autem intellectio. Meſſi ſint) Legati. Huic aſſident) Qui reo fauebãt, in eius ſubſellio ei aſſidebãt, quum eius cauſa ageretur. Si pręſto fuerint) .i. ſi auxilio fuerint .ſi adiuuerint. Vt pro L. Murena, Tu interea Romę ſcilicet amicis pręſto fuiſti. L. vero Apuleius) Cũ Apuleio Prętore Cn. Plancus Quęſtor in Macedoniã profectus eſt. Vt morẽ illũ maiorũ) De hoc maiorũ more Cicero in diuinatione. A maioribus noſtris, inquit, accepimus Prętorem Quæſtori ſuo parẽtis loco eſſe oportere. Nullã neq; iuſtiorẽ, neq; grauiorẽ cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, q̃ cõiũctionem ſortis, q̃ prouinciæ, q̃ officij, q̃ publicam muneris ſocietatẽ. Eadẽ neceſſitudo erat Quęſtori cũ Cõſule. Vt Actione tertia in Verrẽ, qui Quæſtor relicto Conſule Cn. Carbone cum pecunia fugerat. Tu, inquit, quum Quęſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolum pecuniæ, ſed etiam Conſulis, particeps omnium rerum conſiliorũq; fueris, habitus ſis in liberum loco, ſicut mos maiorum ferebat: repente relinquas? deſeras? ad aduerſarios tranſeas? Officijs beneuolentiaq; ſuperarit) Oſtendit Cn. Planci probitatem ſummam, propter quam a ſuo Prætore vnice dilectus ſit.

Adoleſcentes cũ imperatorib⁹ ad bellum profecti.

Sobrini. Cõſobrini. Patrueles fratres.

Reo fauentes. Preſto eſſe.

Pretoris Queſtoris neceſſitudo.

Tribunus plebis fuit nõ fortaſſe tam vehemẽs,q̃ iſti,quos tu iure laudas:ſed certe talis,quales ſi omnes ſemper fuiſſent,nũq̃ deſideratus vehemẽs eſſet Tribunus. Omitto illa(quę ſi minus in ſcena ſunt,at certe cũ ſint prolata,laudantur)vt viuat cum ſuis,primũ cum parẽte:nam iudicio meo,Pietas fundamentũ eſt omniũ virtutũ:quẽ veretur vt deũ:neq; enim multo ſecus parẽs liberis:amat vero vt ſodalẽ,vt fratrẽ,vt ęqualẽ.quid dicã cum patruo?cũ affinibus?cũ propinquis?cũ hoc Cn.Saturnino ornatiſſimo viro?cuius quantã honoris huius cupiditatẽ fuiſſe creditis, cũ videatis luctus ſocietatẽ?quid de me dicã? qui mihi in huius periculo reus eſſe videor?quid de his tot viris talibus,quos videtis veſte mutata?atqui hęc ſunt indicia ſolida iudices & expreſſa,hęc ſigna probitatis,nõ fucata forẽſi ſpecie,ſed domeſticis inuſta notis veritatis.facilis eſt illa occurſatio & blãditia popularis:aſpicitur,nõ attrectatur, procul apparet,nõ excutitur,nõ in manus ſumitur. omnibus igitur rebus ornatũ hominẽ,† quem externis,†quem domeſticis nõnullis rebus inferiorẽ q̃ te,generis & nominis dico,ſuperiorem aliis, municipum vicinorum ſocietatem ſtudio,temporum meorum memoria, patris virtute,

Pietas fundamẽtum omnium virtutũ. Parẽs liberis pene deus.

†qua. †qua.

Nõ fortaſſe tã vehemẽs)Tribuni pl.quoniã magna ex parte populares & ſeditioſi erãt,nec Senatui parebãt,laudabãtur ii qui Senatui parerẽt,qui ſeditioſi nõ eſſent,qui eſſent vehemẽtes.i.qui fortiter obſiſterẽt furioſis conatib⁹ collegarũ,qualẽ fuiſſe M.Catonẽ ꝑ L.Murena ſcripſimus. Nunq̃ deſideratus vehemẽs eſſet Tribunus) Nunq̃ eñ vehemẽs Tribunus deſiderabatur,niſi quũ alii erãt ſeditioſi & Reip.ꝑnicioſi. Talis nunq̃ fuit Plãcus.Igitur Tribuni omnes ſi fuiſſent tales, vehemens Tribunus nũq̃ fuiſſet deſideratus. Quę ſi minus in ſcena ſunt) Officia neceſſitudinis in comœdiis vel tragœdiis expreſſa,magnũ populi plauſum excitant, quum illę fabulę agũtur.Vt apud Ciceronẽ in libro de amicitia.Siquãdo,inq̃t,aliquod officiũ extitit amici in pericu

lis aut adeũdis aut cõmunicãdis,quis eſt qui id nõ maximis efferat lau
dibus?Qui clamores tota cauea nup in hoſpitis & amici mei M.Pacu-
uii fuerũt noua fabula,quũ ignorãte Rege vteꝛ eorũ Oreſtes eſſet, Py-
lades ſe eſſe Oreſtẽ diceret,vt pro illo necaretur:Oreſtes aũt,ita vt erat,
Oreſtẽ ſe eſſe perſeueraret?Stãtes autẽ in re facta cõplaudebãt.quid ar-
bitramur in re vera fuiſſe facturos? Neq; enim multo ſecus parẽs libe
ris)eſt.ſ.q̃ deus ſit hoĩbus.Parens enim liberis eſt tanq̃ terreſtris aliqs
de⁹. Vt ęqualẽ).i.vt coętaneũ.Inter ęquales amor firmior eſt , quippe
quũ inter eos maior ſit cõſiliorũ ſtudiorumq; ſimilitudo,quæ multũ in
amicitiis valet. Amicorũ atq; ſodaliũ adoleſcentes maxime ſtudioſos
eſſe Ariſtoteles lib.Rhetoricorũ.ii.ſcribit. Huius)Plãci.Luctus ſocie-
tatẽ)Cũ reo amicis & propinqs veſtẽ mutare mos fuit Romę,vt ea ra
tione iudicibus miſericordia moueret facilius,vt antea diximus. So
lida).i.vera & firma. Expreſſa).i.tãq̃ ad viuũ exculpta. Nõ fucata fo-
rẽſi ſpecie)Solẽt enim nõnulli ſimulare dolorẽ,quẽ de reo facto cõcepe
rint. itaq; cũ reo veſtẽ mutare.Id autẽ ſimulãt, vel qa rogati ſunt, vel
qa cõducti. Domeſticis inuſta notis veritatis) .i.veritatẽ domeſtico
affectu indicãtia.Inurere in malã partẽ dici, vt inurere notã,ignomi-
niã,turpitudinẽ aliaq;,loco alio docuimus.Hoc in loco dici in bonã rẽ
attẽdendũ eſt.Trãſlatio fortaſſe inde facta eſt,quod veteres ceris pinge
bãt,ac picturã inurebãt,vt eſt apud Pliniũ cap.xi.libri 35. Vt in ſigno-
rũ atq; imaginũ trãſlatione pſiſtat. Facilis eſt illa occurſatio & blãdi-
tia popularis).i.obuios ciues ſalutare,iiſq; populariter blandiri facile
eſt.Nec ea ratione ciuiũ ſtudia & volũtates cognoſcũtur.q quod velint
faciãt,pmittãt autẽ quod rogẽtur,vt antea dixit. Aſpicit nõ attrecta
tur).i.plane nõ cognoſcit.Rẽ eñ quã attrectamus,quã excutim⁹, quã
in manus ſumimus,qualis ſit facilius cognoſcimus,q̃ eam quę aſpici-
tur,quę procũl apparet. Om̃ibus igit rebus)Cõcluſio ſpecialis eſt per
enumerationẽ.Breuiter eñ & per capita repetit ea qbus oſtẽdit Plãcũ
Laterẽſe ſupiorẽ fuiſſe. Quẽ externis)Ordo eſt.Quẽ dico eſſe inferiorẽ
nõnullis externis & domeſticis rebus generis & nominis. Quis res ge
neris & nominis durius appellari videãtur. Quẽ externis) Externæ
res dicũtur bona fortunæ.Hoc tamen in loco dicuntur res quę dome
ſticę nõ ſunt:quas forẽſes appellat Cicero in libro de Officiis primo,
Nulla,inquit, vitæ pars neq; publicis neq; priuatis, neq; forenſibus,
neq; domeſticis in rebus,neq; ſi tecum agas quid,neq; ſi cũ altero cõ-
trahas vacare officio poteſt.Externis rebus,vt generis.i. patriæ. Tu-
ſculũ enim & antiquitate,& virorũ clarorum virtute Atina fuit no-
bilius. Domeſticis nounullis rebus) vt nominis.Laterẽſis eñ nomẽ
vtraq; familia cõſulare erat. Societatũ).i.publicanorũ,qui Planci pa
terni ſocii erãt. Temporum meorum) quum me vel vi pulſum,vel
ratione cedentem Plancus recepit,iuuit,cuſtodiuit.

Parẽtibus quantum debeatur.

Inurere notam.

Externę res.

integritate , modeſtia Aedilem factum eſſe miraris? hunc tu vitę ſplendorem maculis aſpergis iſtis? iacis adulteria, quæ nemo non modo nomine, ſed ne ſuſpitione quidem poſſit agnoſcere? maritum appellas, vt verba etiam fingas, non ſolum crimina: ductum eſſe ab eo in prouinciam aliquem dicis libidinis cauſa: quod non crimen eſt, ſed impunitum in maledico mendacium, raptam eſſe mimulam: quod dicitur Atinæ factum a iuuene vetere quodam in ſcenicos iure, maximeq́ oppidano. O adoleſcentiã traductam eleganter, cui quidẽ cum quod licuerit, obiicia tur, tamen id ipſum falſum reperiatur. Emiſſus aliquis e

Equidem. carcere. equidẽ emiſſus (vt cognoſtis) neceſſarii hominis optimiq́ adoleſcentis rogatu. idem poſtea præ mandatis requiſitus. Atq́ hæc, nec vlla alia ſunt coniecta maledicta in eius vitam: de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. Pater vero, inquit, etiam obeſſe filio debet. O vocem duram atq́ indignam tua probitate Laterenſis. pater vt in iudicio capitis, pater vt in dimicatione fortunarum, pater vt apud tales viros obeſſe filio debeat? q̃ ſi eſſet turpiſſimus, ſordidiſſimus, tamẽ ipſo nõie patrio valeret apud clementes iudices & miſericordes: valeret inquã cõi cõſenſu oĩm & dulciſſima cõmẽdatiõe naturæ.

Integritate modeſtia) Hic locus ita ſcribi debere videtur, Integritate ſua & modeſtia. Plãci enim vitã ante actã oſtẽdit, in qua multa ad Aedilitatẽ adipiſcendã fuiſſe adiumẽta dixit. Hũc tu vitę ſplẽdorẽ) Maledicta a Laterẽſe in Plancũ cõiecta Cicero refutat. Quis enim male-

Maledicta refutare. dicta refutare ſolitus ſit Cicero, anteq̃ ad cauſam accedat, vt ꝓ L. Murena videre licet, hoc tãmẽ in loco, poſtq̃ cœpit cauſam defendere, ea cõmode refutat. Explicata enim vita Plãci anteacta facilius fuit per-

Aſpergere maculis. ſuadere Iudicibus hęc maledicta cõficta eſſe. Maculis aſpergis) vt in Vatiniũ teſtẽ, Seiungã te ab illo non ſolũ Reip. cauſa, verũ etiã Cęſaris, ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergi videą

tur.Macula autē pro ignominia,infamia,dedecore. Vt paulo ante,Sūt omnes ſine macula,ſunt ęque boni viri atq; integri.& pro P.Seſtio, Illa in Rep.macula regni publicati maneret,quā nemo iam poſſet eluere.Pro A.Cluentio.Ita flagrare cœpit amētia,ſic inflāmata ferri libidine,vt eam nō pudor,nō pudicitia,nō pietas,non macula familię,non hominū fama,nō filii dolor,non filiæ mœror a cupiditate reuocaret. Actione in Verrē quinta,Deſinār amici eius ea dictitare,quę detrimēto,maculę,inuidię,infamię nobis eſſe poſſint. Iacis adulteria).i.obiicis.Vt pro P.Sylla,Equidē vehementer lętor,eū eſſe me,in quē tu,quū cuperes,nullā cōtumeliā iacere potueris, quę nō ad maximā partē ciuiū cōueniret. Quę nemo nō modo &c.).i.de qb9 nemo audiuit,ſed ne ſuſpicatus qdē eſt. Vt verba etiā fingas)Maritus eñ ad mulierē refert,ad virū Laterēſis retulit. In ꝓuinciā).i.in Macedoniā,quā Plācus quęſtor ſortitus eſt. Mimulā).i.adoleſcētulā mimā.Sūt aūt mimi hiſtriones hoīm geſtus in ſcena effingētes: ꝙ ſi fœminę ſunt,mimę appellātur, A iuuene)Cn Plāco. Vetere quodā in Scenicos iure) Tū ꝗa Scenici.i.mimi viles & abiecti habebātur.tū ꝗa oīm cōſenſu,vt ait Cicero pro M.Cęlio,dicit aliqs ludus adoleſcētię,& ipſa natura ꝓfundit adoleſcētię cupiditates.Quę ſi ita erūpunt,vt nullius vitā labefactēt,nulli9 domū euertāt faciles & tolerabiles,haberi ſolēt. Oppidano Iure. O adoleſcētiā)Quū obiicit id qđ crimē nō eſt,idq; falſum eſſe oſtēdimus,tū ſignificamus reliqua eſſe falſa. Elegāter).i.honeſte.Quod licuerit)Nā vetere iure id licebat. Emiſſus aliqs e carcere) Id arbitror factū, quū Plācus erat Trib.Pl.Nā Tribuni Pl.vt ex Varrone A.Gel.cap.xii.libri xiii.ſcribit,habebāt pręhenſionē.Si igit pręhendēdi & in carcerē ducēdi ius habebāt,habebāt etiā e carcere emittēdi. Neceſſarij hominis &c) Si crimē eſt,id trāſfert,quod neceſſarii hominis optimiq; adoleſcentis rogatu id fecerit. Prę mādatis).i.propter mādata.Vt apud Terentiū, Præ amore hunc excluſiſti foras. Apuleius,Prę luxuria cūcta profuderat. Præ mandatis) Cn.Planci. Atq; hæc).i. hæc ſola maledicta, nec vlla alia ſunt in vitā Plāci cōiecta. Pater vero inqt) Quū iniuria quędā publicanis fieret,Plāci pater eorū princeps aſpere dixit aliquid in eos qui iniuriā facerēt.Id Cn. Planco obeſſe debere Laterēſis dixit. Primū oſtēdit Cicero filiū nō debere ferre iniquitatē patris.Deinde loquendi libertatē equitibus eſſe debere. Poſtremo id ſi crimē eſt, trāſfert in dolorē patris. In iudicio capitis)De ambitu dānatus exilio lege Tullia multabatur.Itaq; caput e ciuitate eximebatur.Erat igit capitis iudiciū. In dimicatione fortunarū)Nā lege Calpurnia q de ambitu dānatus erat pecunia multabatur,poſtq̄ Tullia lata eſt,quę pecuniæ exiliū adiecit,vt pro Murena amplius ſcripſimus. Tales viros) quales ſunt iudices in hac cauſa. Qui ſi eſſet turpiſſimus) Argumētū a fictione eſt. Communi conſenſu)quid ſi legas communi ſenſu.

Macula.

Iacere adulteria.

Præ mandatis.

Ambitus pœna.

Sed cum ſit Cn. Plancus is Eques Ro. ea primū vetuſtate equeſtris ordinis, vt pater, vt auus, vt maiores eius omnes Equites Ro. fuerint, ſummū in præfectura florentiſſima gradum tenuerint & dignitatis & gratiæ: deinde, vt ipſe in legionibus P. Craſſi Imperatoris inter ornatiſſimos homines Equites Ro. ſummo ſplendore fuerit: vt poſtea princeps inter ſuos, plurimarum rerum ſanctiſſimus & iuſtiſſimus iudex, maximarū ſocietatū auctor, plurimarū magiſter: ſi non modo in eo nihil vnq̄ reprehenſum, ſed laudata ſunt omnia, tamen is oberit honeſtiſſimo filio pater, qui vel minus honeſtū & alienū tueri vel auctoritate ſua, vel gratia poſſit? Aſperius, inquit, locutus eſt aliquid aliquando. immo fortaſſe liberius. at id ipſum inquit nō eſt ferendum. ergo hi ferendi ſunt, qui querūtur libertatē Equitis Ro. ſe ferre nō poſſe? vbi nā ille mos? vbi illa æquitas iuris? vbi illa antiqua libertas? quę malis oppreſſa ciuilibus extollere iā caput & aliquādo recreata ſe erigere debebat? Equitū ego Ro. in homines nobiliſſimos maledicta, publicanorū in Q. Scęuolā virū omnibus ingenio, iuſtitia, integritate pſtātē aſpere & ferociter & libere dicta cōmemorē? Cōſuli P. Naſicę pręco Granius medio in foro, cū ille edicto iuſtitio domū deſcēdēs rogaſſet Graniū quid triſtis eſſet? an ꝙ auctiones eſſent? immo vero, inqt,

Libere dicta.

Cn. Plancus) pater. Inter ſuos) Atinates. Vel minus honeſtū) filiū. Vel alienum) .i. non ſuum. Argumētū a minore ad maius eſt. Immo fortaſſe liberius) Illud artificioſum eſt, vt quod aduerſarius criminis nomine appellauit, id appellemus nomine virtutis eius, quam id crimen æmulari videtur. Vt pro ſordido parcum, pro maledico liberū dicere licebit, vt ait Quintilianus lib. v. Libertatē equitis Romani) Equitum q̄ reliquorū ordinū maior libertas eſt. Iudiciaria lege Sempronia, & poſtea Cornelia & lege Iulia de repetundis equeſtrem ordinem non teneri Cicero ſcripſit pro A. Cluentio, & pro C. Rabirio. Aut

libertatē loquēdi intelligit,quę equitibus pmagna cōceſſa eſt. Malis
ciuilibꝰ) quū Syllę & Marii reliquorūq; bella ciuilia erāt. Se erigere de-
bebat) Id autē feciſſet,niſi fuiſſent,qui quererētur libertatē eqtis Ro.
ferre ſe non poſſe. Equitū ego Ro.) Quāta equitum libertas loquēdi
fuerit ſignificat. Conſuli P.Naſicæ) Hoc Ciceronis exemplū alibi le-
gere non memini.Itaq; haud ſcio an is P.Scipio Naſica ſit,quo & Cal- P.Scipio
purnio Beſtia Coss.bellum Iugurthæ indictū ſit.Vt eſt apud Salluſtiū Naſica.
in Iugurtha.Eum Valerius Maximus lib.vii.de repulſis exiſtimat fu-
iſſe,qui ſecundo bello Punico a Senatu vir optimus iudicatus,qui pri
uatus Tib. Gracchi conatus repreſſit.Mihi tamen errare Valerius vi-
detur.Nam Eutropius lib.iiii.& Euſebius in Chronicis a cœpto Puni
co bello ſecundo ad bellum Iugurthæ,ſub cuius finē Cicero natus eſt,
annos ad centum numerant.Idem quoq; Valerius lib.v.de ingratis,&
Plutarchus in Gracchorū vita,tradunt Naſicam eum,qui Tib. Grac-
chum occidit,non ita longe poſt Gracchi mortem,vt populi inuidię
cederet,accepta legatione libera in Aſiam profectū,nec inde in patriā
reuertiſſe.Itaq; arbitror hunc Naſicā fuiſſe filium aut nepotē eius qui
Gracchum occidit. Iuſtitio) Iuſtitiū a iure & ſtando dictū,quaſi iuris Iuſtitiū.
ſtatio,vt ſolſtitiū ſolis ſtatio,tum erat,quum propter aliquā neceſſita-
tem Reip.imminētem,vt propter bella,ius non dicebatur ſed forum
claudebatur.T.Liuius lib.iii.de L.Minutio Conſu[le] ab Equis obſeſſo
ſcribens,L.inquit,Quintius Dictator cum magiſtro equitum in con-
cionē venit,iuſtitiū edicit,claudi tabernas tota vrbe iubet:vetat quēq̃
priuatę quicq̃ rei agere.Idem ſcribens lib.iiii. de bello, quod cū Equis
& Volſcis populus Ro.gerebat.Is Poſthumiū Tudertum ſocerū ſuum
ſeueriſſimū imperii virum Dictatorē dixit.Ab eo L. Iulius magiſter
equitum eſt dictus.Simul edicitur & iuſtitiū,neq; aliud tota Vrbe agi,
q̃ bellum apparari.Idem eodē in libro,Caſtra locantur ante portā Col
linā,& in muris armati diſpoſiti:& iuſtitiū in foro,tabernæq; clauſæ,ſi
untq; omīa caſtris q̃ vrbi ſimiliora. Edicto iuſtitio) Quanuis Pontifi Edicere &
ces indicere ,& magiſtratus edicere ſæpius dicantur:inuenire tamē li- indicere.
cet indici iuſtitiū dici.T.Liuius lib.iii.Pręſidia portis impoſuit,vocato
deinde Senatu quū ex authoritate patrū iuſtitio indicto,profectus ad
fines tutandos eſſet.Cicero Philippica quinta,Quamobrē Patres cōſcri
pti legatorū mentionē nullam cenſeo faciendā. Rem adminiſtrandā
arbitror,ſine vlla mora,& confeſtim gerēdā cenſeo. Tumultū decerni,
iuſtitiū īdici,ſaga ſumi dico oportere.Ex his cognoſcere licet iuſtitiū a
Cos.vel a Dictatore ex Senatus authoritate indici ſolere Quum eſt iu
ſtitium,tum ſeruari,quum eius finis ſit,remitti dicitur.T.Liuius lib. Seruare iu-
tertio,Nihil remiſſum ab vlla parte curæ aut laboris,vigilię in vrbe, ſtitiū & re-
ſtationes ante portas , præſidiaq; in muris diſpoſita, & quod neceſſe mittere.
in tanto tumultu,iuſtitiū per aliquod dies ſeruatū.Itemq; Vt Romā

reditũ eſt,iuſtitiũ remiſſum eſt.Idẽ lib.x.Supplicationes ob rẽ bene geſtam Cõſulis nomine decernũt,iuſtitiũ remittũt,quod fuerat dies decẽ & octo.Iuſtitio finẽ facere idẽ dixit lib.iii.Sic finẽ iuſtitio,quod quatriduũ fuit,reditus Quintii Cos.in vrbẽ fecit.Cur autẽ iuſtitiũ P. Naſica Cos.edixerit legere nõ memini.Fortaſſe tum fuit,quũ bellorũ ciuiliũ Sylla victor bona ciuiũ haſta poſita p auctionẽ vẽderet,& ſuã ſe prędã vẽdere diceret.Eo enĩ tẽpore Graniũ quẽdã fuiſſe,q Mariũ ſecutus ſit, eſt apd̃ Appianũ lib.bellorũ ciuiliũ.i. Auctiones).i.publicę vẽditiões.

Facere finẽ iuſtitio.

ꝙ legiones. Idem Tribuno Pl. potentiſſimo homini M. Druſo,ſed multa in Remp.moliẽti,cum ille eũ ſalutaſſet, vt fit,dixiſſetq́;,quid agis Grani? reſpõdit, immo vero tu Druſe quid agis? ille L.Craſſi,ille M. Antonii voluntatẽ aſperioribus facetiis ſępe perſtrinxit impune. nunc vſq; eo oppreſſa veſtra arrogãtia ciuitas,vt quę fuit olim præconi in ridẽdo,nunc equiti Ro.in plorãdo non ſit cõceſſa libertas.quę enim vnq̃ fuit Planco vox cõtumeliæ potius q̃ doloris? quid eſt autẽ vnq̃ queſtus? niſi cum a ſociis & a ſe iniuriã propulſaret? cum Senatus impediretur,quo minus id quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum equitibus Ro.redderetur,omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit.ſed eũ ipſũ dolorẽ hic tulit paulo aptius:cõmunis ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit.hic quod cũ cęteris animo ſentiebat,id magis q̃ cęteri, & vultu promptũ habuit,& lingua.Q̃z q̃ Iudices (agnoſco enĩ ex me) permulta in Plancũ,q̃ ab eo nũq̃ dicta ſunt,cõferunt:ego qa aliq̃d aliquãdo nõ ſtudio adductus ſed cõtẽtione dicẽdi,

Agnoſco ex me.

Quod legiones) quæ a Cõſule deſcriptę videbãtur ad vim in ciuitate faciendã. Multa in Remp.moliẽti;Vel vt Senatui poteſtatẽ iudicãdi reſtitueret,vel vt Italicos ciuitate donaret.vnde poſtea Italicũ bellũ ortũ eſt,vel vt lege iudiciaria equeſter ordo teneretur.De quo Cicero pro C.Rabirio,Potẽtiſſimo & nobiliſſimo Trib.Pl.M.Druſo vnã in equeſtrẽ ordinẽ quęſtionẽ ferẽti,ſi quis ob rẽ iudicatã pecuniã cepiſſet, aperte equites Ro.reſtiterũt.De M.Liuio Druſo multa ſcripſit Appiã

nus lib.i.& nos aliquantũ multa in Milonianã ſcripſimus. Quid agis) Quid agis.
Id in cõgreſſu primo poſt ſalutationẽ dici ſolebat, vt authore Terentio in Adelphis, quid agitur, & quid fit. Inmo vero tu Druſe qd agis) Exprobrat Druſo, q̃ in Rep. moliebatur. Eſt autem annominatio. Prius quid agis, alia in re quã poſterius dicitur. Ille L. Craſſi) De L. Craſſo & M. Antonio oratoribus ſatis multa alio loco ſcripſimus. Facetiis aſperioribus) eas græce λοιδορίας appellari Macrobius lib. Saturnaliũ. vii. ſcribit. Perſtrinxit). i. læſit & offendit. Quæ fuit olim præconi in ridẽdo) A minore ad maius arguit. Cõtumeliæ potius q̃ doloris) Transfert crimẽ, ſi vllũ eſt, quod doloris cauſa nõ cõtumeliæ Plãcus aſpere locutus ſit, ideoq; excuſandũ oſtẽdit. Vt Tarentini iuuenes authore Quintiliano lib. vi. multa de Pyrrho Rege ſecurius inter cœnam locuti, quum rationẽ facti repoſceretur, & neq; negari res, neq; defendi poſſet, riſu & opportuno ioco elapſi ſunt. Nanq; vnus ex iis, Immo, inquit, niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te. In vinũ enim illã maledictionẽ cõuertit. A ſociis). i. a Publicanis. Quominus reſponſum equitibus Ro. redderetur) Vt quid aſpere Plancus dixerit, ita quod ſit hoc reſpõſum, ignotũ eſt, niſi forte tũ publicani poſtulabãt, vt de precio eo, quo vectigalia cõdixerãt, aliquid ſibi remitteretur, qa tantũ portoriũ aut tãtas decimas vel propter piratas aut bella, vel propter cæli tempeſtatẽ non perciperẽt, quãtas ſperauerãt. De his enim rebus in Senatu aliquãdo agi Cicero ſignificat in lib. de Officiis iii. Ego, inquit, cũ Catone ſæpe in eo diſſenſi. Nimis mihi Cato præfracte videbatur ærariũ vectigaliaq; defendere, omnia publicanis negare, multa ſociis: quũ in hos benefici eſſe deberemus, cũ illis ſic agere, vt cũ Colonis noſtris ſoleremus: eoq; magis, quod illa ordinũ cõiunctio ad ſalutẽ Reip. pertinebat. Id quod hoſtibus ſemper erat tributũ) Nã hoſtibus aut eorũ legatis a Senatu aliquid poſtulãtibus Senatus reſpondere ſolet. A minori itaq; ad maius oſtẽdit cauſam doloris. Omnibus illa iniuria dolori Publicanis fuit) Quod Publicani omnes doluerint, leuius Planci delictũ videtur. Quũ nimius ille ſenſus) In codicibus aliis ſcriptũ eſt. comunis ille ſenſus. Agnoſco enim ex me) Agnoſcimus noſtra, cognoſcimus aliena. Quæ ab eo nunq̃ dicta ſunt) eleuat odium eorum quæ a Plãco aſpere dicta eſſe dicitur. Multa enim ex his nunq̃ dixit, quæ in eum cõferuntur. Sed contẽtione dicendi). i. quũ iam lingua contente dicendo quaſi cõcaluit. Vſu enim venit, vt initio orationis tanq̃ frigeſcamus, quũ vero longius progreſſi ſumus, tanq̃ dicẽdo lingua concaleſcat expeditius loquamur, nobiſq; multa in mentem veniant, de quibus nihil ante cogitaueramus. Vt authore Cicerone libro de Oratore ſecundo, L. Philippus homo in primis eruditus atq; diſertus ita ſolebat ad dicẽdũ ſurgere, vt quod primũ verbũ habiturus eſſet, neſciret, & idẽ dicebat, quũ brachiũ cõcaleſeciſſet, tũ ſe ſolere pugnare.

aut laceſſitus: & quia (vt fit in multis) exit aliquando ali
Cicero facetus. quid ſi nõ perfacetum, attamen fortaſſe non ruſticũ: quod
quiſq; dixit, me id dixiſſe dicunt. Ego autem ſi quid eſt
quod mihi ſcitũ eſſe videatur, & homine ingenuo dignũ
atq; docto, non aſpernor: ſtomachor vero cum aliorum
non me digna in me conferuntur. Nam quod primus ſci
uit legem de publicanis: tamen cum vir ampliſſimus Cõ
ſul id illi ordini per populum dedit, quod per Senatum ſi
licuiſſet, dediſſet: ſi in eo crimẽ eſt, quia ſuffragium tulit,
quis non tulit publicanus? ſi quia primum ſciuit, vtrum
id ſortis eſſe vis? an eius qui illam legem ferebat? ſi ſor-
tis, nullum crimen eſt in caſu: ſi Conſulis, ſplendor etiam
Lex Licinia de ſodali. Plãci, hunc a ſũmo viro principẽ ordinis iudicatũ. Sed ali
quãdo veniamus ad cauſam. in qua tu noĩe legis Liciniæ,

Aut laceſſitus) Quum enim quiſq̃ laceſſitur, eius animus excitatur.
Itaq; nonnulla in mentem obueniũt ſubito, quę ſi faceta ſunt, eo gra-
tiora ſunt, quum dicuntur, quod ex tempore nata ſint. Vt authore Ma
crobio lib. Saturnaliũ. vii. Octauius qui natu nobilis videbatur, Cice-
roni recitanti ait, Non audio quæ dicis. Ille reſpõdit, Certe ſolebas be-
ne foratas habere aures. Hoc eo dictũ eſt, quia Octauius e Libya oriun
dus dicebatur, quibus mos eſt aurẽ forare. Quũ Q. Hortẽſius, vt ait Plu
tarchus in Apophthegmatis, argenteam Sphingẽ a Verre, quem de-
fendebat, accepiſſet, ac in Ciceronẽ obſcure neſcio quid locutum dixiſ
ſet, ſe ænigmata hæc nõ intelligere. Mirũ eſt, inquit Cicero, quũ ſphin-
gem domi habeas. Exit aliquãdo aliquid) Macrobius libro Saturna
Ciceronis ioci. lium ſecundo author eſt Plancũ & Ciceronẽ ex latinis ad iocorũ venu
ſtatem cęteris pręſtitiſſe. Eundem non ſolum extra iudicia, ſed etiam
in ipſis orationibus habitum eſſe nimis iocorũ affectatorẽ, & mirã quã
dam in eo fuiſſe vrbanitatẽ Quintiliãnus lib. vi. ſcribit. Plura enim q̃
quiſq̃, facete dixit in ſermone quotidiano, in altercationibus, & in te-
ſtibus interrogãdis. Si nõ perfacetũ) Arrogantiã vitat. Quod quiſ-
que dixit, me id dixiſſe dicunt) Quia tanta fuit in Cicerone vrbani-
tas, ideo quæ ab aliis facete dicta erant, ea Ciceroni tribuebãtur. Itaq;
Quintus Cicero eius frater, eiuſdẽq; libertus Tyro Tullius, & alius, qſ-
quis fuit, tres libros de facete dictis a Cicerone ediderũt, quos quidam

M.Ciceronis eſſe putauerunt. Hi multa ab aliis dicta in eos libros congeſſerunt tanq̃ a Cicerone eſſent. Ex his multa quia Ciceronis grauitate & authoritate viſa ſunt indigna, optat Quintilianus, vt hi facetorum dictorum numero indulſiſſent, nec curaſſent tam multa cõſcribi, & plus iudicij in eligendis, q̃ in congerendis ſtudij adhibuiſſent. Scitum) .i. pulchrũ & elegans. Terẽtius in Andria, Pere caſtor ſcitus puer natus eſt Pãphilo. Nã qd primus ſciuit legem) Illud etiã erat, quare patrem filio abeſſe debere Laterenſis dixerat. Sciuit legẽ) .i. tulit de lege ſuffragiũ. De verbo ſciſcere alibi multa ſcripſimus. De publicanis) Aut primos de publicanis, aut legem de publicanis. Vtroq; enim referri poteſt. Ea lex quæ fuerit, qui itidem Conſul id per populum publicanis dederit, ignotũ eſt, propterea q̃ Laterẽſis accuſatio nõ extet.

Sciſcere legem.

Per populum) .i. iubente populo. Quod per Senatũ ſi licuiſſet) Leges enim quas Conſules ferebãt, eas ex authoritate Senatus ferebant. Per Senatum autẽ non licuit Conſuli id dare publicanis, vt de ea lege ferrent ſuffragiũ. Nam impediebatur Senatus reſponſum publicanis reddere. Quis nõ tulit publican⁹) Trãſfert crimen, ſi vllũ ſit quod alij quoq; publicani ſuffragiũ tulerint, vt leuis eſſe videatur. Vt pro M.Cęlio, Cęliũ ipſum fatetur ſecũdũ L.Catilinam, quod is vt alij multi ficta Catilinę virtute falſus ſit. Vtrũ id ſortis eſſe vis) Argumẽtũ a remotione eſt. An eius) Conſulis. Significat autem prima ſuffragia ferri ſolita aut ſorte, aut eius qui pręeſt volũtate. In caſu) .i. in ſorte. A ſũmo viro) a Conſule. Principem ordinis) publicanorũ, quia iudicauit hũc dignũ, qui primus ferret ſuffragiũ. Quales etiã erãt tribus pręrogatiuę, quę primę rogabãtur propter dignitatẽ, vt ferrẽt ſuffragiũ. Sed aliquãdo veniamus ad cauſam) Hæc cauſę defenſio magna ex parte ſimilis eſt ei qua L.Murenã defendit. In vtraq; illa tria ſunt pręcipua, cõtentio, dignitatis accuſatoris & rei, maledicta in reum coniecta, & crimina ambitus. In hac oratione Cicero vſus partitione nõ eſt, in illa vſus eſt. In hac de dignitatis contẽtione prius egit, q̃ maledicta refutauit: in illa cõtra. Ex quo intelligi licet, vix vllam dicẽdi rationem eſſe, quæ perpetuo ſeruanda ſit. Aliquãdo) .i. tãdẽ. Ad cauſam) .i. ad crimina ambitus, in quibus cauſa verſatur. Nomine legis Liciniæ) Multæ leges Liciniæ fuerũt. Vna a C.Licinio Stolone lata, ne cui ciui Romano liceret vltra quingenta agri iugera poſſidere. De qua eſt apud T.Liuiũ libro ſexto. Altera qua cõuiuiorũ luxuria cõprimebatur, ante tempora L.Syllæ lata. De ea ſcripſit A.Gellius cap. 28. libri ſecũdi. Tertia a P.Licinio Craſſo Conſule lata, vt in ſuæ quiſq; ciuitatis ius redigeretur. Huius legis mentio eſt apud Ciceronẽ pro L.Cornelio Balbo, in lib. de Off. 3. & apud Aſconiũ Pedianũ. Hęc ante ciuilẽ victoriã Syllę lata eſt. Alia poſtremo fuit, quã recentem Cicero dicit in Philippica. v. Meminit Cicero in libro de Amicitia legis cuiuſdam de Sacerdotijs,

Tribus prę rogatiuę.

Orationũ varietas.

Leges Liciniæ.

quam C. Licinius Craſſus ferre conatus eſt, vt cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferretur: quam legem C. Lælius Prætor diſſuaſit. Legem autem Liciniā de qua hoc loco Cicero loquitur, arbitror eſſe eam qua conuiuiorum luxuria comprimeretur.

Edititij iudices. +Tributaria

quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitus legis complexus es, neque enim quicq̄ aliud in hac lege niſi edititios iudices es ſecutus, quod genus iudiciorum ſi eſt æquum vlla in re, niſi hac† tribuaria, non intelligo quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accuſatore, neque eandem editionem tranſtulerit in cæteras cauſas. de ipſo denique ambitu, de reiectione fieri voluerit iudicium alternorum: cūq; nullum genus acerbitatis prætermitteret, hoc tamen vnum prætereundum putarit. quid? huius rei obſcura cauſa eſt? an & agitata, cum iſta in Senatu res agebatur & diſputata heſterno die copioſius a Q. Hortenſio? cui tum eſt Senatus aſſenſus. hoc igitur ſenſimus: cuiuſcūque tribus largitor eſſet, & per cōſenſionem magiſtratuum honeſtæq; ſodalitatis nominaretur, quam quiſq; tribum turpi largitione corrūperet, eum maxime his hominibus, qui eius tribus eſſent, eſſe notum. ita putauit Senatus cum reo tribus ederentur hæ, quas is largitione deuinctas haberet, eoſdem fore teſtes & iudices.

Sodalitates

Hanc enim legem de ſodalitijs eſſe latam Cicero dicit. Sodalitates aūt & ſodalitia pro conuiuarū cœtu, & pro ipſis conuiuijs dici in Ciceronis Catonem Maiorem ſcripſimus. Vt ei qui magiſtratū capturus erat, nō licebat lege Cincia, vt ait Gellius, ad cœnā niſi ad certas perſonas ire: ita nec licebat vulgo dare prandia. Erant etiam ſodalitiorum duo genera. Alia enim cauſa religionis erant, quæ ſe Quæſtore conſtituta eſſe acceptis ſacris Cybeles, M. Cato dicit apud Ciceronē de Senectute. in quibus principes ciuitatis mutua inter ſe cōuiuia agebant. Alia erāt

Sodalitia.

collegia illicita,quę legibus & Senatuſcõſultis prohibita ſunt. Aut Licinia lex eſt a M.Licinio Craſſo lata,eo qui cum Parthis bellum gerẽs occiſus eſt.quæ lex Conſularis ex Senatuſconſulto lata eſt.Cicero lib. Epiſtolarum ad Quintum Fratrem ſecundo,ſcripſit,factum eſſe S.C. vt ſodalitates decuriatiq; diſcederent,lexq; de ijs ferretur, vt qui non diſceſſiſſent,ea pœna,quæ eſt de vi,tenerentur.Sodalitates enim & ſodalitia eadem re dicũtur.Idem in Oratione in Salluſtium ſodalitium ſacrilegij Nigidiani dicit.Milonem in petitione Conſulatus de ſodalitiis damnatum fuiſſe eſt apud Aſconium. Omnes ambitus legis).i. omnes modos in lege ſcriptos,quibus ambitus cõmittatur. Omnes ambitus legis complexus es) Ironia eſſe videtur. Multa hoc in loco obſcura ſunt,quæ ex coniectura ſola cognoſci poſſunt,propterea quod Licinia lex non extat. Edititios iudices es ſecutus) Iudices edititij, vt pro L.Murena ſcripſimus,ij ſunt, qui in cauſa de ambitu ex editis tribubus teſtes ſunt & iudices. Quod genus iudiciorum) Editionem tribuum in crimina de ambitu tantum fieri ſignificat. Tributaria) Tribuaria non tributaria legi debet a tribu,vt poſtea tribuarium crimen appellat. Edi) id eſt in iudicium produci. De ipſo deniq; ambitu) id eſt in cauſa de ambitu. niſi legere mauis in ipſo deniq; ambitu.aut de ipſo ambitu,id eſt quantum pertinet ad crimen ambitus. Edititij iudices.

De reiectione &c.) id eſt voluerit Senatus,vt ex edititiis iudicibus reus quos vellet reijceret: &,vt vulgo dicunt, recuſaret quos haberet ſuſpectos. Alternos autem iudices appellat eos qui reiiciantur, quod in eorum loco alij iudicent.Vt in Vatinium teſtem alterna conſilia appellauit.Crebro,inquit,vſurpas legem te de alternis conſiliis reiiciendis tuliſſe,vt omnes intelligant te ne recte quidem facere ſine ſcelere potuiſſe. Acerbitatis).i. ſeueritatis,vt ambitus cõprimeret. Hoc vnum prætereundum) Acerbum enim foret,non poſſe ſuſpectos iudices a reo reiici. Quum iſta in Senatu res agebatur) Illud aliquando fiebat Romæ,vt prius in curia q̃ in foro de criminibus ageretur, vt de Africa prouincia a L.Catilina Prætore vexata, & de Clodij cæde,a Milone facta alio loco ſcripſimus. Heſterno die) Id ſæpe Cicero pro heri,vt hodierno die ꝑ hodie,& poſtero die pro pridie dicit. Hoc igitur ſcripſimus) id eſt mea vel Senatus fuit ſententia. Tribus largitor) id eſt tribus per largitionem corruptor. Per conſenſionem magiſtratuum) id eſt ex conſenſu magiſtratuum. Ne vnuſquiſq; petitor magiſtratus, aut iam deſignatus tribus largitor temere dicatur. Alterni iudices.

Honeſteq; ſodalitatis) Nam eſt etiam illicita ſodalitas. Quã quiſq; tribum turpi largitione corrumperet) Repetitio eſt idem ſignificans ac illud,Cuiuſcũq; tribus largitor eſſet. Cum tribus reo ederentur) id eſt contra reum.Vt paulo poſt,Huic & ſuam & ab hoc ſeruatas ederes. Largitione deuinctas haberet) id eſt corrupiſſet. Edere reo.

Acerbum omnino genus iudicii,ſed tamē ſi vel ſua,vel ea quę maxime eſſet cuiq; coniūcta,tribus ederetur,vix recuſandū.Tu autē Laterēſis quas tribus edidiſti: Terentinā credo? fuit certe id æquū,& certe expectatū eſt,& fuit dignū cōſtātia tua,cuius tu tribus vēditorē & corruptorē & ſequeſtrē Plancum fuiſſe clamitas, eam tribū ꝓfecto, ſeueriſſimorū ꝑſertim hominū & grauiſſimorū edere debuiſti.at Volitiniā (libet em̄ tibi neſcio qd etiā de illa tribu criminari) hāc igitur ipſam cur nō edidiſti? qd Plāco cū Lemonia? cū Veientina? qd cū Cruſtumina? nā tres etiā quę nō iudicarēt,ſed q̄ reiicerētur,eſſe voluiſti.Dubitatis igit' Iudices qn vos M.Laterēſis ſuo iudicio nō ad ſententiā legis,ſed ad ſuā ſpē aliquā de ciuitate delegerit? dubitatis,qn eas tribus,in qbus magnas neceſſitudines habet Plācus,cū ille nō ediderit,iudicarit officiis ab hoc obſeruatas,nō largitione? quid em̄ poteſt dicere,cur iſta editio nō ſummā habeat acerbitatē remota ratione illa, quā in decernendo ſecuti ſumus? Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos,aut inimicos meos, aut deniq; eos quos inexorabiles,quos inhumanos, quos crudeles exiſtimes? tu me ignaro, necopināte,inſcio,notes & tuos & tuorum neceſſarios: vel iniquos meos vel etiā defenſorū meorū? eodēq; adiūgas,quos natura putes aſperos atq; omnibus iniquos, deinde effundas repēte,vt ante cōſeſſum eorū iudicū videā,q̄ potuerim,q eſſēt futuri,ſuſpicari? apud eoſq; me,ne qnq; qdę reiectis,qđ in proximo reo de cōſilii ſententia cōſtitutū eſt,cogas de fortunis omnibus dicere? non em̄ ſi aut Plancus ita vixit,vt offenderet ſciens neminem, aut tu ita erraſti,vt eos ederes imprudens, vt nos inuito te tamen ad iudices non ad carnifices veniremus, idcir-

ēo iſta editio per ſe nō acerba eſt, an vero nuper clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerūt? cū ex.CXXV. iudicibus principibus Equeſtris ordinis, quinq; & LXX, reus reiiceret, L. referret: omniaq; potius permiſcuerunt,

Acerbum omnino genus iudicii) Id profecto genus iudicii acerbum eſt, vt iidē ſint teſtes & iudices. Itaq; Scipio Africanus minor quū Cēturias Equitū Cenſor recognoſceret, poſtq̄ C. Liciniū Sacerdotē citatū proceſſiſſe animaduertit, dixit illum ſe ſcire verbis cōceptis peieraſſe. Proinde ſi quis eū accuſare vellet, vſurū teſtimonio ſuo. Nullo ad accuſandū prodeūte, iuſſit equū traducere, ne teſtis & iudicis partes egiſſe videretur, ſi eū notaſſet. Author eſt Cicero pro A. Cluētio, & Valerius Maximus lib. 4. de moderatione. Vel ſua).i. tribus ex qua reus eſſet.

Sequeſter.

Coniūcta).i. amica. Venditorē) Fortaſſe emptorē nō venditorē legi oportet. Quod ſi vēditorē legere mauis, id ea cauſa dictū ſit, q^d aliena emamus, noſtra vēdamus. Cn. aūt Plācus ex tribu Terētina erat. quū igit̃ eā corrupit, ſibi quodāmodo vēdidit. Sequeſtrē).i. ſuffragia largitiōe deuincta ſibi habētē, qua in ſignificatione etiā paulo poſt dici manifeſtū eſt. Scribit tñ Aſconius ſequeſtres eſſe apud quos pecunia deponitur. Quid Planco cū Lemonia &c.) Hæ eñ tribus Plāco cōiūctæ nō fuerūt. cui vicina fuit Volitinia. Ad ſuā ſpem aliqua).i. ad Planci calamitatē, quē ſperauit fore, vt dānaret̃. De ciuitate).i. de tribub⁹. Obſeruatas).i. cū quadā obſeruātia cōparatas. Remota illa) Ea autē erat, Quā quiſq; tribū turpi largitione corrūperet, eū maxime his hoībus, q eius tribus eſſent, eſſe notū: Laterēſis nō edit tribus Terētinā & Volitiniā, quas a Planco dicit corruptas. Tu deligas ex omni populo) Iniquū eſſe oſtendit Cicero, q^d per Laterēſem Planco nō licuerit reiicere edititios iudices eos, quos haberet ſuſpectos, prȩſertim quū Laterēſis iudices delegerit ꝑtim amicos ſuos, ꝑtim Planci aut Ciceronis inimicos, inexorabiles atq; īhumanos. Inhumanos).i. odio quodā hominū affectos, qualis fuit ille Timon Atheniēſis. Vel iniquos, vel meos) In codicib⁹ aliis melius ſcriptū eſt, Vel inimicos meos. Natura aſperos).i. inhumanos & inexorabiles. Iniquos).i. inimicos. Effundas).i. tanq̄ ex occulto emittas. In proximo reo) Is q ſit, ignotū eſt. Is eſt aūt, quē paulo poſt dicit lxxv. Iudices reieciſſe. Cōſilij).i. iudicū. Non enim ſi aut Plancus ita vixit) Sentētia eſt. Nō ſequitur, Plancus ita vixit, vt ſciēs neminē, ne in hac quidē petitione Aedilitatis, offenderet: aut tu, quū hos iudices imprudens ederes ita erraſti, vt nos, inuito te, ad iudices non ad carnifices veniremus. Igitur iſta editio per ſe acerba non eſt. Nuper).i. in reo proximo. Referret) In tabulas, aut retineret,

q̄ ei legi cōditioniq; parerent: nos neq; ex delectis iudicibus,ſed ex omni populo,neq; editos ad reiiciendū, ſed ab accuſatore cōſtitutos iudices ita feremus, vt neminē reiiciamus? Neq; ego nūc legis iniquitatē queror, ſed factū tuū a ſentētia legis doceo diſcrepare: & illud acerbū iudiciū,ſi quēadmodū Senatus cenſuit,populusq; iuſſit, ita feciſſes,vt huic & ſuā & ab hoc ſeruatas ederes,nō modo nō quererer,ſed hūc iudicibus editis,qui teſtes iidem eſſe poſſent,abſolutū putarē. Neq; nūc multo ſecus exiſtimo. cū eīm has tribus edidiſti, ignotis te iudicibus vti malle q̄ notis indicauiſti.fugiſti ſentētiā legis,æquitatē oēm reiecisti,in tenebris q̄ in luce cauſam verſari maluiſti. Volitinia tribus ab hoc corrupta. Terētinā habuerat venalem. quid diceret apud Volitinēſes? aut tribules ſuos iudices? imnio vero tu q̄d diceres? quē iudicē ex illis aut tacitum teſtē haberes,aut vero etiā excitares? etenī ſi reus tribus ederet,Volitiniā fortaſſe Plancus propter vicinitatem ac

Quęſitor. neceſſitudinē ſuā nō edidiſſet? & ſi quęſitor edēd⁹ fuiſſet, quē tādē poti⁹ q̄ hunc C. Alfiū,quē habet,cui notiſſim⁹ eſſe debet,vicinū,tribulē,grauiſſimū hominē,iuſtiſſimūq;,edidiſſet? cuius qdē æquitas & † mera ſimul volūtas

† mea ſimul

erga Cn. Planci ſalutē,quā ille ſine vlla cupiditatis ſuſpitione prę ſe fert,facile declarat,nō fuiſſe fugiēdū tribulē huic iudicē,cui quęſitorē tribulē exoptādū fuiſſe videatis. Neq; ego nūc conſiliū reprehendo tuū,q̄ non eas tribus, quibus hic maxime notus erat,edideris,ſed a te doceo cōſiliū nō ſeruatū Senatus. etenim quis te tū audiret illorū? aut quid diceres? ſequeſtrem ne Plancū? reſpuerēt aures, nemo agnoſceret,repudiaretur. an gratioſum? illi libenter audirent,nos non timide cōfiteremur. noli eīm putare

Laterẽſis legibus iſtis,quas Senatus de ãbitu ſancire voluerit,id eſſe actũ:vt ſuffragatio,vt obſeruãtia , vt gratia tolleretur.ſemper fuerũt boni viri, qui apud tribules ſuos gratioſi eſſe vellent . neque vero tam durus in plebem,

Ei legi cõditioniq;) vt ex iudicibus nullos reijcere liceret. Neq; ex delectis iudicibus) Cauſis publicis qui pꝫerat,ex Senatu, & ex Equeſtrĩ ordine viros deligebat optimos,inter quos fiebat ſortitio, vt legitimꝰ iudicũ numerus haberet̃.Eſt igit̃ argumẽtũ a minore ad maius, quo probat licuiſſe magis Planco,q̃ reo proximo iudices reijcere: q꞉ illi ex delectis iudicibus fuerint,hi ſint ex omni populo. Legis iniquitatẽ queror)Vt Actione in Verrẽ.v.Nõ ego inuideo tuis cõmodis,ſi quæ ad te lege venerũr: iniuriã queror,improbitatẽ arguo,auaritiã in crimen & in iudiciũ voco. Populusq; iuſſit) Vel de hoc Senatuſcõſulto ad populũ latũ eſt,vel hoc dicit Cicero,qa Tribunis pl.in curiã introire nõ licebat,ſed ante valuas poſitis ſubſellijs decreta patrũ attẽtiſſima cura examinabãt.vt ſi qua ex ijs improbaſſent,rata eſſe nõ ſinerẽt. Itaq; veteribus Senatuſcõſultis T.litera ſubſcribi ſolebat: eaq; nota ſignificabat̃ illa Tribunos quoq; cẽſuiſſe. vt eſt apud Vale. Max.lib.2.de Inſtitutis antiqs.Plebis aũt magiſtratus Tribuni erãt.Et vt Senatus cẽſere,ita populus iubere dicit̃. Huic).i.cõtra hũc Plãcũ. Seruatas).i.obſeruatas.Vt paulo ante,Iudicãt officijs ab hoc obſeruatas,nõ largitiõe. **Queror iniquitatẽ legis.**

Ederent) Sententia poſtulat vt ederes nõ ederẽt ſcribat̃. Iudicibus editis).i.quũ Plãco editi eſſent iudices ex ſua tribu & ab eo obſeruatis. **Habere venale.**

Volitinia tribus) Hoc ab aduerſario dictũ ꝓponit refutãdũ. Habuerat venalẽ).i.vẽdiderat.Nã paulo ante dixit,Cuius tu tribꝰ vẽditorẽ & corruptorẽ & ſequeſtrẽ Plancũ fuiſſe clamitas. Habere venale Salluſtiꝰ in eadẽ re dixit,cõtra Ciceronẽ,Ita largitionibus corruptus eſt,vt ſeſe ac fortunas ſuas venales habeat. Quid diceret) Plãcus,inqt Laterẽſis,ſi Volitiniã tribũ ederẽt. Tribules ſuos).i.Terẽtinos. Excitares).i.ſurgere faceres ad dicẽdũ teſtimoniũ in Plãcũ. Quęſitor) qui cauſę pꝫfuiſſet. Ea mea ſimul volũtas) In codicibꝰ alijs mera nõ mea ſcriptũ eſt.Vt ſit mera volũtas q̃ eſt ſincera & pura. Cupiditatis).i.vti vulgo dicũt,affectionis. Nõ fuiſſe fugiẽdũ tribulẽ &c.) A maiore ad minꝰ ꝓbat iudices tribules Plãco fugiẽdos nõ fuiſſe.Quęſitoris em̃ q̃ iudicum ſeueritas reo magis formidãda eſt.L. Caſſiũ quęſitorem fugiebãt atq; horrebã ij qbus piculũ creabat̃ :ideo q꞉, tãetſi veritatis erat amicus,tñ natura nõ tã ꝓpẽſus ad miſericordiã,q̃ implicatus ad ſeueritatem videbatur, vt author eſt Cicero pro Sex.Roſcio. Eas tribus) Terẽtinã & Volitiniã, Quis illorũ) ex illis tribubus qbꝰ Plãcus maxime notus erat. Legibus iſtis) quarum authorẽ fuiſſe Conſulem poſtea dicit.

noſter ordo fuit, vt eã coli noſtra modica libera litate noluerit: neq; hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne diligant, ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribũ poſſint, ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent. hęc enim plena ſunt officii, plena obſeruantię, plena etiã antiquitatis. Iſto in genere & fuimus ipſi cum ambitiones noſtra tẽpora poſtulabãt, & clariſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe videmus q̃ plurimos gratioſos.

Decuriare. Decuriatio tribuum, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeueritatẽ Senatus, & bonorũ omniũ vim ac dolorem excitarunt: hęc doce, hæc profer, huc incũbe Laterenſis, decuriaſſe Plãcum, conſcripſiſſe, ſequeſtrẽ fuiſſe, pronunciaſſe, diuiſiſſe: tum mirabor te his armis vti, quæ tibi lex dabat, noluiſſe. tribulibus enim iudicibus non modo ſeueritatẽ illórum, ſi iſta vera ſunt, ſed ne vultus quidẽ ferre poſſemus. hanc tu rationẽ cum fugeris, cumq; hos iudices habere nolueris, quorũ in huius delicto cũ ſcientia certiſſima, tũ dolor grauiſſimus eſſe debuerit, quid apud hos dices qui abs te taciti requirũt, cur hoc ſibi oneris imposueris? cur ſe potiſſimũ delegeris? cur deniq; ſe diuinare

Diuinare. maluerís, q̃ eos, qui ſcirent iudicare? Ego Plancum Laterenſis & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſos. quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas crimínoſo: ſin quia gratioſi ſunt accuſãdos putas, noli mirari te id quod tua dignitas poſtularit, repudiandis gratioſorum amicitiis non eſſe aſſecutum. Iam vt ego doceo gratioſum eſſe tribulibus Plancum, q multis benigne fecerit, pro multis ſpoponderit, in operas plurimos, patris auctoritate & gratia miſerit, q deniq; omnibus officiis per ſe, per patrẽ,

Soda'es. Amicitia officioſa.

Benigne facere multis

per maiores ſuos totam Atinatem præfecturam compre
henderit:ſic tu doce ſequeſtrem fuiſſe,largitum eſſe,con- Sequeſter.
ſcripſiſſe,tribules decuriauiſſe.quod ſi nō potes,noli tolle
re ex ordine noſtro liberalitatē :noli maleficium putare,
eſſe,gratiam:noli obſeruantiam ſancire pœna.

Noſter ordo) aut equeſter,aut Senatorius. Neceſſariis ſuis).i.ſuis bo Neceſſariū.
nis,ſua liberalitate. Neceſſarium enim aliquando dicitur id ſine quo
bene viui nō poteſt,vt eſt apud Sex. Pompeiū. Huius autē modi ſunt
bona fortunę .Aut neceſſariis officiis,quę idē eſſe dicit ea quę in ne-
ceſſarios.i.cognatos vel affines cōferuntur. Reſpectent).i.vt vulgo Reſpectare
dicunt reexpectent. Plena antiquitatis) Antiquitus enim hæc fieri
ſolebant. Iſto in genere & fuimus ipſi) Cicero ab eo quod fecit in pe-
titione magiſtratuum,licuiſſe Plāco vti modica liberalitate in tribu-
les ſuos,probat. Quum ambitionis) In aliis codicibus melius inue-
nio ſcriptum quum ambitiones. Decuriatio tribuum &c.) Hoc ab
accuſatore dictum Cicero proponit,vt refutet. Decuratio tribuum)
Ea quæ ſit legere non memini. Licet tamen coniicere decuriare tri-
bus eſſe in decurias diuidere, vt iis vel prandia fierent , vel pecunia
facilius q̄ viritim diuideretur. Deſcriptio populi) quę fit in eandem
rem. Seueritatem Senatus) ad faciendum Senatusconſultum , ex
quo Licinia lex facta eſſet. Diuiſiſſe) Inde diuiſores tribuū dicuntur, Diuiſores
qui pecuniam in viros diuidūt. His armis) vt ederes tribus eas qui- tribuum.
bus Plancus notus eſſet. Tribulibus iudicibus) id eſt ſi Planci tri-
bules eſſent editi iudices. Sciētia certiſſima) Sciſſent enim tribules,ſi
Terentina tribus a Planco corrupta eſſe. Apud hos iudices) quos tu
contra legis ſententiam edidiſti. Diuinare) quod neſciant an Plan-
cus tribus corruperit. Cupidos).i.inuidioſos. De quo vocabulo in ea re
dicto alibi plura ſcripſimus. Quos tu ſi ſodales vocas) Sodales hoc in Sodales.
loco dixit in malā rem. Idē in bonā rē quū alias ſępe tū in lib. de Ora
tore.ii.dixit,Me pro meo ſodali,qui mihi in liberū loco more maiorū
eſſe deberet,& pro mea omi fama propè fortuniſq; decernere. Officio-
ſam).i.beneficā. Qd multis benigne fecerit).i.in multos liberalis fue-
rit. Pro multis ſpoponderit) Vt pro Heraclida Fuſiis Hermippū Ci-
cero,pro Cæſare M.Craſſum fœneratoribus ſpopondiſſe Plutarchus
in Cæſaris vita ſcribit. In operas).i.vt arbitror,ad operandū. Libe-
ralitatē) Honeſto nomine appellat, quod crimínoſo Laterēſis dixerat.
Quā enim largitionē Laterenſis vocauerat, hic appellat liberalitatē.
Idē pro L.Murena ab eodē artificioſe factū ibi docuimus. Sancire pœ
na) id eſt decernere puniendum eſſe Plancū propter obſeruantiam.

Itaq; hæſitãtẽ te i hoc ſodalitiorũ tribuario crimine ad cõ
munẽ ambitus cauſã cõtuliſti,in qua deſinamus aliquãdo
(ſi videť)vulgari & puagata declamatione cõtendere.ſic
eñ tecũ ago,quã tibi cõmodũ,vnã tribũ delige tu: doce
id qđ debes,per quẽ ſequeſtrẽ,quo diuiſore corrupta ſit:
ego ſi id facere nõ potueris,quod vt opinio mea fert,ne in
cipies quidẽ,per † quẽ tulerit,docebo.eſt ne hęc vera con
tẽtio?placet ne ſic agi,nõ poſſum magis pedẽ cõferre(vt
aiũt)aut propius accedere,qd taces?qd diſſimulas?quid
tergiuerſaris?etiam atq; etiã inſto,atq; vrgeo,inſector, po
ſco atq; adeo flagito crimẽ.quãcunq; tribũ inquã delege-
ris,quã tulerit Plancus,tu oſtẽdito ſi poteris vitium: ego
qua ratione tulerit,docebo.nec erit hęc alia ratio Plãco ac
Laterenſi:nam in quas tribus tu tuliſti tuã ex te requirã,
vtrum poſſis quorũ ſtudio tuleris explicare. ſic ego hoc
cõtendo,me tibi ipſi aduerſario cuiuſcũq; tribus rationẽ
popoſceris,redditurũ,ſed cur ego ſic ago?quaſi nõ comi-
tiis iã ſuperioribus ſit Plãcus deſignatus Aedilis, quę co
mitia primũ habere cœpit Cõſul tum omnibus in rebus
ſumma auctoritate,tũ harũ ipſarũ legũ ambitus auctor.
deinde habere cœpit ſubito,pręter opinionẽ omniũ:vt,ne
ſi cogitaſſet quidẽ quiſpiã largiri,daretur ſpatiũ cõparã-
di.vocatę tribus, latũ ſuffragiũ,deſcriptę,renũciatę, lõge
plurimũ valuit Plãcus:nulla largitionis nec fuit, nec eſſe
potuit ſuſpitio,an tandẽ vna centuria pręrogatiua tantũ
habet auctoritatis,vt nemo vnq̃ prior eã tulerit, quin re-
nũciatus ſit?Aut his ipſis comitiis Cõſularibus,aut certe
in illum annum Aedilem tu Plancum factum miraris,in
quo non exigua pars populi,ſed vniuerſus populus volũ
tatẽ ſuã declararit:cui⁹ in honore nõ in vnius trib⁹ pars,

Pedem cõferre.
†quam.
Tergiuerſari.

Hęſitantē).i.nimiū hęrentē & verſatū. Tribuario crimine).i.de cor=
ruptis largitione tribubus. Ad cōmunē ambitus cauſā).i.tractādo cō
munē locū de ambitu,& oēs ambit⁹ leges cōplectēdo. Peruulgata de=
clamatione) qua etiā in ſcholis declamatores vti ſolēt. Per quē tule=
rit) In aliis codicibus ſcriptū eſt,ꝑ quā tulerit,in aliis,ꝑ quę,vt ſit,per
liberalitatē,gratiā,obſeruātiā. Magis pedē cōferre).i.propius cōtende=
re& pugnare. Inquā).i.dico & cōfirmo tibi. Quā tulerit).i.cuius ſuffra Ferre ſuf=
giū acceperit. Ferre eñ ſuffragiū ꝗuis dicať ſæpius, vt ſit dare: nōnūq̄ fragium.
tamē accipere ſignificat.vt apud Horatiū,Omne tulit punctū,q miſcu
it vtile dulci.De quo verbo alibi plura ſcripſimus. Vitiū).i.largitionē
a Plāco factā. Nec erit alia ratio &c.).i.eadē ratione vtar ꝓ Plāco,qua
pro te vti poſſem. In quas tribus tu tuliſti tuā) .i.cū qbus tribubus
tuā accepiſti.i.quarū tribuū ſuffragia cū tua acceperis. Ex te requirā)
Artificioſum eſt,ſi qd aduerſarius habuerit,fere tale,quale eſt id quod
in cauſa eſt,vt quomodo id habuerit regramus:vt quod in ſe probat,
id in aduerſario criminoſum nō videatur.Non comitiis iam ſuperio=
ribus) Authore Cicerone in diſſuaſione legis agrariæ Rulli ad popu
lū,Romani veteres populū Ro.de om̄ibus magiſtratibus bis ſententiā
ferre voluerūt.primū lege cēturiata, deinde lege curiata. tū eñ de iiſ=
dē iterū iudicabať,vt eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populū beneficii
ſui pœniteret.Aſconius Pedianus in cōmentariis,in accuſatione Ver=
ris morē fuiſſe Romæ dicit,quo facilius in comitiis concordia populi
firmareť,bina de iiſdē cādidatis comitia fieri:quorū tribus primę pręro=
gatiuę dicebātur,quos vellēt Coſſ.fieri ſecūdę, iure vocatæ,quod in
his ſequēte populo,vt ſępe cōtulit pręrogatiuarū volūtate, iure om̄ia
cōpleretur.De eo intelligere Cicero illud pro Milone videť,Vbi vidit
homo ad omne facinus paratiſſimus fortiſſimū virū,inimiciſſimū ſu
um,certiſſimū Cōſulē.idq; intellexit nō ſolū ſermonib⁹,ſed etiā ſuffra
giis pop.Ro.ſępe eſſe declaratū,palā agere cœperit,& apte dicere Milo
nē occidendū. Cōſul)Is q ſit mihi cognitū nō eſt,opinor tamē eſſe M.
Liciniū Craſſum,a quo Licinia lex de Sodalitiis lata ſit & appellata,
de qua hoc in loco agit Cicero. Habere cœpit Cōſul) Comitia ædili= Comitia
tia,vt cōſularia Cōſul habebat.Ea autē ædilitia non multo poſt cōſu= Conſul ha
laria haberi ſolebāt. Cōparandi) quod largiretur. Deſcriptæ) id eſt bebat.
enumeratæ,quæ quibus ſuffragium tuliſſent. Longe plurimum va=
luit Plancus) ſuffragiorum multitudine. An tandem vna centuria
prærogatiua) Significare videtur Laterenſem vna centuria prærroga=
tiua priorem Aedilem declaratum eſſe,ſed propterea factum non eſſe
Aedilem,quod aliæ centurię eum non fecerint.Populum Romanum
comitiis centuriatis in centum nonaginta tres centurias diuidi ſo=
litum pro L.Murena ſcripſimus. Prærogatiuam centuriam appellat, Prærogati=
vt tribum prærogatiuam. ua cēturia.

ſed comitia tota comitiis fuerint prętogata? Quo quidẽ
tẽpore, ſi id Laterenſis facere voluiſſes, aut ſi grauitatis
eſſe putaſſes tuæ, quod multi nobiles ſępe fecerunt: vt cũ
minus valuiſſent ſuffragiis, q̃ putaſſent, poſtea prolatis
comitiis proſternerẽt ſe, & populo Ro. fracto animo atq;
humili ſupplicarẽt: non dubito quin omnis ad te cõuer-
ſura ſe fuerit multitudo. nũq̃ eñ nobilitas integra præ-
ſertim atq; innocens populo Ro. ſupplex repudiata fuit,
ſed ſi tibi grauitas tua & magnitudo animi pluris fuit,
ſicut eſſe debuit, q̃ Aedilitas, noli, cũ habeas id quod ma-
lueris, deſiderare id, quod minoris putaris. Equidẽ primũ
vt honore dignus eſſem maxime ſemper laboraui. ſec[illegible]
do vt exiſtimarer. tertiũ mihi fuit illud, quod pleriſq; pri-
mũ eſt, ipſe honos: qui iis deniq; debet eſſe iucũdus, quorũ
dignitati populſis Ro. teſtimoniũ, nõ beneficiũ ambitioni
dedit. Quęris ętiã Laterenſis quid imaginibus tuis, q[illegible]
ornatiſſimo atq; optimo viro patri tuo, reſpondeas mor-
tuo? noli ita meditari, atq; illud caue potius, ne tua iſta q̃-
rela dolorq; nimius, ab illis ſapiẽtiſſimis viris reprehẽda-
tur. Vidit eñ pater tuus Appiũ Claudiũ nobiliſſimũ ho-
minem viuo patre ſuo potẽtiſſimo & clariſſimo ciue C.
Claudio Aedilẽ nõ eſſe factũ, & eũdẽ ſine repulſa factum
eſſe Conſulẽ: vidit hominẽ ſibi maxime cõiũctũ, egregiũ
virũ L. Volcatiũ: vidit M. Piſonẽ in iſta Aedilitate offen-
ſiũcula accepta ſũmos a populo Ro. eſſe honores adeptũ.

Aedilitiæ repulſæ. Offenſiun=cula.

Comitia tota comitijs fuerunt prærogata) Quanto omniũ ſtudio Plancus Aedilis factus ſit, oſtendit. Hoc autẽ ſimile videtur illis, victoriam ipſam viciſſe videris: &, ſi tacent, ſatis dicũt: &, quũ tacẽt, clamãt. De quibus eſt apud Aſconiũ. Minus valuiſſent) comitijs ſuperioribus. Quã putaſſent) Ciues enim promittũt quod rogantur, faciunt autẽ quod volunt, vt antea dixit Cicero. Itaq; petitores ſæpe minus

habẽt ſuffragiorũ q̃ putarint. Prolatis).i. dilatis comitiis poſterioribus. Fracto animo).i. demiſſo, nõ alto, non erecto. Vt in oratione pro domo ſua. Accepi Pontifices magnum atq; incredibilẽ dolorem, non nego, neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur. Inde frangere animos pro eo quod eſt mutare & debilitare dixit pro L. Cornelio Balbo. Vt omnium maleuolorum iniquorum, inuidorum animos frangeremus. Nobilitas) id eſt nobiles. Vt apud Salluſtium in Iugurtha. Commune nobilitatis malũ ſuperbia eſt. Eſt autẽ intellectio. Populo Romano ſupplex) Alibi ſupplex cum genitiuo ſæpius aut pro nomine poſſeſſiuo dicitur. Vt pro M. Cælio, Quem vos ſupplicem veſtræ miſericordiæ, ſeruum poteſtatis, abiectum non tam ad pedes q̃ ad mores ſenſusq; veſtros, vel recordatione parentum veſtrorum vel liberorum iucunditate ſuſtentate. Et pro L. Flacco, Huic huic miſero puero veſtro ac liberorum veſtrorũ ſupplici iudices hoc iudicio viuendi præcepta dabitis. Et pro L. Murena, Nunc idem ſqualore ſordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore perditus, veſter eſt ſupplex iudices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem ac veſtras opes intuetur. Equidem primum &c) Optima & Reip. ſalutaris ad magiſtratus via eſt. Eam viam Laterenſi ſequendam fuiſſe ſignificat. Secundo) In hac dicendi ratione Cicero, vt alii multi ſæpius deinde rarius ſecundo dicit. Quorũ dignitati populus Romanus teſtimonium &c) id eſt quos populus Romanus fecit propter dignitatem, non propter ambitionẽ. Imaginibus tuis) id eſt maioribus, quorum imagines in atrio tuo ſunt. Ab illis) qui ſequũtur, vt puta Ap. Claudio, L. Volcatio, aliiſq;. Hi enim præteriti in Aedilitate Conſules facti ſunt. Metuit enim Laterenſis, ne hæc ædilitatis repulſa ad Conſulatum via ſibi intercluſa ſit. Quem conſulatum ſi non adipiſcatur, a patre & maioribus degeneraſſe videbitur.

Supplex populo Romano & populi Ro.

Secundo pro deinde

Vidit enim pater tuus) Laterenſis patrem & auum multa vidiſſe exempla ſimilia dicit, atq; non eſſe Laterenſi quęrẽdum, quid illis reſpõdeat. Ap. Claudius) Is eſt cuius exercitum corruptũ L. Cinna bello ciuili in poteſtatẽ ſuã redegit, vt eſt apud T. Liuium libro .lxxix. Vel is quem poſtea miſſum ad bellum Macedonicũ Eutropius libro quinto ſcripſit. L. Volcatiũ) Ab hoc arbitror originẽ duxiſſe L. Tulliũ Volcatiũ, quo Cõſule cum M. Lepido fuit prior Catilinę cõiuratio. Vidit M. Piſonẽ) Eũ eſſe M Piſonẽ cõiicere licet, qui M. Scio populi Ro. ſuffragiis poſtpoſitus eſt, vt antea dixit, eiuſq; repulſam in Aedilitate fuiſſe.

Offenſiũcula).i. repulſa. Eſt enĩ offenſio, qua qs offenditur. De quo vocabulo alio loco ſcripſim⁹. Offenſiũcula accepta) Accipere offenſionẽ dicimus, Vt poſtea dicit, accipere repulſã, & alibi accipere iĩuriã dici docuim⁹. Au⁹ vero tu⁹) Nã Laterẽſis q̃ſiuerat, qd imaginib⁹ ſuis rñderet.

Offenſiuncula.

Accipere offenſionẽ

Auus vero tuus, & P. Naſicæ tibi Aedilitiã prædicaret repulſam, quo ciue neminem ego ſtatuo in hac Rep. fortiorem: & C. Marii, qui duabus Aedilitatis acceptis repulſis, ſepties Conſul eſt factus: & L. Cęſaris, Cn. Octauii, M. Tullii, quos omnes ſcimus Aedilitate pręteritos, Coss. eſſe factos. Sed qd ego ædilitias repulſas colligo? quę ſępe eiuſmodi habitę ſunt, vt his qui pręteriti eſſent, benigne a populo factũ videret. Tribunus militũ L. Philippus ſumma nobilitate & eloquẽtia, Quęſtor Q. Cęlius clariſſim9 ac fortiſſimus adole ſcẽs, Tribunus Pl. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Caſſius, Cn. Oreſtes facti non ſunt, quos tamen oẽs Coss. factos ſcimus eſſe. Quę tibi vltro pater & maiores tui nõ cõſolãdi tui gratia dicerẽt: neq; vero quo te liberẽt aliqua culpa, quã tu vereris, ne a te ſuſcepta videat,

Benigne his factum a pop.

P. Naſicæ iocus.

Et P. Naſicæ) Is eſt de quo antea diximus. Is cum Aedilitatẽ curulẽ adoleſcens peteret, manumq; cuiuſdã ruſtico opere duratã more cãdidatorum tenacius apprehendiſſet, ioci gratia interrogauit, num manibus ſolitus eſſet ambulare. Id dictũ a circũſtantibus exceptũ ad populum manauit, cauſamq; repulſę Scipioni attulit. Omnes nanq; ruſticę tribus paupertatẽ ſibi ab eo exprobratã iudicãtes, iram ſuã aduerſus cõtumelioſam eius vrbanitatẽ diſtrinxerũt. Author eſt Valerius Maximus lib. vii. de repulſis. Pręedicaret) .i. palam narraret. Duabus ædilitatis &c) Aediliũ duo genera erant, alii curules, alii plebeii appellabantur. De vtroq; genere eodem die comitia habebãtur. C. Marius curulis Aedilis fieri poſtulans repulſam accepit. Statim aſſurgens alteram Aedilitatẽ petiuit. Ob arrogantię ſuſpitionẽ ab omnibus prætéritus eſt. Itaq; vno die, quod alteri nulli contigerat, bis repulſam paſſus eſt. Author eſt Plutarchus in eius vita. L. Cæſaris) Hunc fuiſſe Conſulem ante ciuilia Marii & Syllæ bella cognoſcere potes ex T. Liuii libro. lxxiii. De huius morte eſt apud Valerium Maximum libro quinto de ingratis. Cn. Octauii) Cn. Octauius Conſul C. Cornelium Cinnam collegam pernicioſas leges molientem ex vrbe eiecit in bello ciuili. Deinde ab eodem collega in vrbem recepto occiſus, vt eſt apud T. Liuium libris. lxxix. & lxxx. & fuſius apud Plutarchum in vi-

Aediles curules & plebeii.

C. Marii repulſa.

L. Cæſar.

Cn. Octauius.

ta C.Marii,& apud Appianum libro bellorũ ciuiliũ primo. M.Tullii) Is fortaſſe eſt,quo & Cn.Cornelio Coſs.facta eſſe Senatuſconſulta de vendendis rebus ad imperiũ pertinentibus Cicero dicit contra legẽ agrariã Rulli. Eiuſmodi habitæ ſunt) id eſt tales exiſtimatæ.Benigne a Populo. Aediles enim) ſumptus immoderatos in ludis faciebant,vt videre licet in libro Ciceronis de Officiis ſecundo. Qui igitur Aedilitiam repulſam accipiebat,is hos ſumptus non faciebat.Vitandam tamen eſſe ſuſpitionem auaritiæ idem Cicero admonet, ne quis videlicet,vt hos ſumptus euitet, Aedilitatem non petat. Nam Mamerco, inquit,homini ditiſſimo prætermiſſio Aedilitatis Conſulatus repulſam attulit. Tribunus militum) Magiſtratus illi tribunatus militum,Tribunatus plebis & Quæſtura ab adoleſcẽtibus geri ſolebant.De Tribunatu militum alibi ſcripſimus. Author eſt Aſconius Pedianus Tribunorum militarium eſſe duo genera.Vnum eorum, qui Rufuli dicuntur, qui in exercitu creari ſolent. Alterum eorum qui Romæ in comitiis deſignari ſolent, qui comitiati appellantur. Tribuni militum.

L.Philippus) L.Martius Philippus cum Sexto Iulio Cæſare Conſul fuit bello ſociali ante bellum ciuile Marianum, vt ait Eutropius libro quinto.De hoc Cicero in libro de Officiis ſecundo.L.inquit Philipp⁹ Quinti filius, vir magno ingenio, in primiſq; clarus gloriari ſolebat,ſe ſine vllo munere adeptum eſſe omnia quæ haberentur ampliſſima.De hoc ſæpe mentionẽ habet Cicero,Et quanta in dicendo ex tempore facultas fuerit ſcribit in libro de Oratore ſecũdo. Quintus Cælius) De hoc nihil memini legere apud alios ſcriptores. Rutilius Rufus) Is fortaſſe eſt P.Rutilius quem Conſulem parum proſpere cum Marſis pugnaſſe, inq; pugna cecidiſſe Titus Liuius ſcribit libro. lxxiii. C. Fimbria) C. Fimbriæ cuiuſdam viri Conſularis meminit Cicero in oratione pro Caio Rabirio, qui cum aliis arma ſumpſit in cædem Lucii Saturnini. Haud ſcio an is ſit, quem Marci Marii Gratidiani patrem fuiſſe idem ſcribit de claris Oratoribus. Is eſt quem virum Conſularem Marco Luctatio Pythię iudicem fuiſſe idem ſcribit libro de Officiis tertio. Caius Caſſius) Caius Caſſius Longinus & Sextus Domitius Caluinus Conſules ſimul fuerunt. Hique Aruernis ad Rhodanum acie ſuperatis eorum Regem Bituitum ceperunt,idq; ante bellum Cymbricum factum eſt,vt eſt apud Eutropium libro quarto Cn. Oreſtes) Hunc fuiſſe arbitror patrem aut auum eius,cui prandia in ſemitis nomine decumæ magno honori fuiſſe Cicero ſcripſit in libro de Officiis tertio. Vltro) id eſt te etiam non quærente quid illis reſpondeas. Quo te liberent aliqua culpa).id eſt vt te excuſent, vt te culpam nullã admiſiſſe oſtendant. L.Philipp⁹ P.Rutilius C.Fimbria. C.Caſſius Longinus. Sex.Domitius Caluinus. Cn.Oreſtes Liberare culpa.

Suſcepta) id eſt admiſſa.De hac voce alio loco ſcripſimus.

ſed vt te ad curſum iſtum tenendum, quem a prima ętate
ſuſcepiſti, cohortētur. Nihil eſt enim, mihi crede Lateren-
ſis, de te detractũ. dico, ſi mehercule vere, quod accidit, in-
terpretari velis: eſt aliquid etiã de virtute ſignificatum
tua. Noli enim exiſtimare nõ magnũ quendã motum fu-
iſſe illius petitionis tuę, de qua ne aliquid iurares, deſtiti-
ſti, denũciaſti homo adoleſcens quid de ſumma Reip. ſen
tires. fortius tu quidẽ q̃ nõnulli defuncti honoribus, ſed a-
pertius q̃ vel ambitionis vel ætatis tuę ratio poſtulabat.
quamobrẽ in diſſentiente populo noli putare nullos fuiſ-
ſe, quorũ animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te
incautũ fortaſſe, nũc tuo loco dimouere potuerũt: ꝓuidẽ
tẽ ante, & pręcauẽtẽ nũq̃ certe mouebũt. An te illa argu
mẽta duxerũt? Dubitatis inq̃t q̃n coitio facta ſit, cũ trib⁹
pleraſq; cum Plotio tulerit Plancus? an vna fieri potue-
runt, ſi vna tribus non tuliſſent? at nõnullas punctis pene
totidem: quippe cũ iam facti prope ſuperioribus comitiis
declaratiq; veniſſent. q̃q̃ ne id quidẽ ſuſpitionẽ coitionis
habuerit. neq; enim vnq̃ maiores noſtri ſortitionẽ conſti-
tuiſſent ædilitiam. niſi viderent accidere poſſe, vt compe-
titores pares ſuffragiis eſſent. Et ais. prioribus comitiis
Anienſem a Plotio, Terẽtinã a Planco tibi eſſe cõceſſam.
nunc ab vtroq; eas auulſas, ne in anguſtũ venirent: q̃ con
uenit nondum cognita populi voluntate hos, quos iam
tum coniunctos fuiſſe dicis, iacturam ſuarum tribuum,

Ad curſum iſtum tenendũ). i. ad pergendũ & perſeuerandum. Eſt autẽ
ducta ratio a nautis, qui nauigantes tenere curſum dicuntur. Eſt ali-
quid) Eſſe aliquid legendum videtur. Non magnum). i. paruum. De
qua deſtitiſti) comitiis poſterioribus. Hoc autem genus dicendi atten-
dendum eſt, quod alibi dicat Cicero deſiſtere ſententia & a ſententia.
Vt libro Academicarum quæſtionum quarto, Memini (Antiochum

Deſiſtere ſẽtẽtia a ſententia & de ſententia.

ipſum quum annos multos talia ſenſiſſet, ſimul ac viſum ſit, ſenten
tia deſtitiſſe.Et libro de Officiis tertio,Itaque quum ſint docti a peri=
tis,deſiſtunt facile a ſententia. Ne aliquid iurares)Significat morem
fuiſſe; vt Aedilitatis petitores iurarent, quod ad Rempublicam per=
tineret. Erant enim Aediles curatores vrbis,annonæ, ludorumq; ſo=
lennium, vt eſt in libro Ciceronis de Legibus primo: Vel potius in=
telligit de Tribunatus plebis petitione, quam in magna Reipublicæ
tempeſtate a Laterenſe relictam fuiſſe antea Cicero dixit.Denuncia
ſti) id eſt oſtendiſti. Defuncti honoribus) id eſt qui magiſtratus geſ= Defunctus
ſerunt.Vt enim fungi honoribus,id eſt magiſtratus gerere,ita defun= honoribus
ctis honoribus dicimus eos qui magiſtratu iam abiuerunt. Defun & periculis
ctus periculis dicitur is qui periculis liberatus eſt. Vt pro Sexto Ro=
ſcio,Iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur.Virgilius,O tandẽ ma
gnis pelagi defuncte periclis. Nunc tuo loco)Aut nuper tuo loco le Nunc pro
gendum eſt, aut nunc pro nuper poſuit, quod rariſſimum eſt. Il= nuper.
la) quæ ſequuntur. Duxerunt) id eſt commouerunt & excitarunt ad
Planci accuſationem. Perſiſtit autem in Apoſtropha. Dubitatis in
quit) Ad iudices conuertit ſermonem, proponitq; argumentum pri=
mum,quo Laterẽſis ductus videtur,vt id refutet. Coitio) id eſt frau Coitio.
dulenta conuentio inter A.Plotium & Cn.Plancũ. Cuius fere modi
ea in litibus fieri ſolet,quæ a Iuriſperitis colluſio appellatur. Tribus
pleraſq; tulerit) id eſt plerarunq; tribuũ ſuffragia acceperit. Vna) id
eſt ſimul.Hunc Plotium Planci collegã in Aedilitate fuiſſe ſignificat.
De Plotio ante dixit Cicero. Fieri) Aediles. At nonnullas) Refu= Pũcta prõ
tat Laterenſis argumentũ. Punctis).i.ſuffragiis.Vt paulo poſt,Quot ſuffragiis.
in ea tribu puncta tuleris.Et lib.Tuſculanarũ quęſt.ii.Quid de noſtris
ambitionibus,qd de cupiditate honorũ loquar? Quę flãma eſt per quã
non cucurrerint ii,qui hęc olim punctis ſingulis colligebant.Duobus
enim modis ferebatur ſuffragium aut voce,aut tabella,vt antea dixi
mus. Tabellas fuiſſe ceratas licet coniicere , in quibus ſuffragatores
pũcta facerẽt. Nõnullas pũctis pene totidẽ) Fatetur Cicero Plotiũ Pares ſuf
& Plancum nonnullas tribus punctis pene totidem tuliſſe. Pares fragiis.
ſuffragiis eſſent) Si competitores erant ſuffragiis impares, qui ſupe=
rior erat, is declarabatur:Si vero pares in Aedilitatis petitione ſor,
tiebantur,nec ad nouam, vt cum vulgo dicam, electionem proce=
debãt. Et ais prioribus comitiis)Secundũ Laterẽſis argumentũ eſt. Aniẽſis tri
Aniẽſem)T.Liuius lib.x.author eſt tribuũ numerũ auctũ fuiſſe, addi= bus, Teren
taſq; Aniẽſem & Terẽtinã. A.Plotio) Nã Plotius ex Aniẽſi erat, vt tina.
Plãcus ex Terẽtina. Auulſas).i.reuocatas & remotas. Ne in anguſtũ
venirẽt).i.ne nimis pauca ſuffragia haberẽt. Q̃ cõuenit) .i.q̃ veriſi=
mile eſt.Oſtẽdit veriſimile nõ eſſe quod Laterẽſis dixit. Nondũ cogni
ta populi volũtate).i.ante priora comitia. Cõiũctos).i.feciſſe coitionẽ.

quo vos adiuuaremini,feciſſe: eoſdem, cũ iam eſſent experti quid valerent, reſtrictos & tenaces fuiſſe? Etenim verebãtur credo anguſtias,quaſi res in cõtentionẽ aut in diſcrimen aliquod poſſet venire.Sed tamen tu an Plotiũ virũ ornatiſſimũ in idẽ crimen vocãdũ iudicas,eũ te arripuiſſe a quo non ſis rogatus . Nam quod queſtus es, plures te teſtes habere de Volitinia , q̃ quot in ea tribu puncta tuleris,iudicas aut eos teſtes te adducere,qui qa nũmos acceperint,te preterierint: aut te ne gratuita qdẽ eorũ ſuffragia tuliſſe.

Caluit crimen re recẽti, in cauſa refrixit.

Illud vero crimen de nũmis,quos in Circo Flaminio deprehẽſos eſſe dixiſti, caluit re recẽti, nũc in cauſa refrixit.neq; enĩ qui illi nũmi fuerint,nec quę tribus,nec qui diuiſor,oſtenderis: atq; is quidẽ adductus ad Conſules, qui tũ in crimen vocabatur,ſe inique a tuis iactatũ grauiter querebatur.qui ſi erat diuiſor, pręſertim eius quẽ tu habebas reũ,cur abs te reus nõ eſt factus?cur non eius dãnatione aliqd ad hoc iudiciũ pręiudicii cõparaſti?Sed neq; tu habes hęc,neq; eis cõfidis : alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem huius opprimẽdi excitauit:magnę ſunt in te opes,late patet gratia,multi amici,multi cupidi tui,multi fautores laudis tuę: multi huic inuidẽt, mul

Retinens iuris.

tis etiã pater optimus vir nimiũ retinẽs Equeſtris iuris & libertatis videtur. multi etiã cõmunes inimici reorũ oĩm, qui ita ſemper teſtimoniũ de ambitu dicũt, quaſi aut moueãt animos ſuis teſtimoniis,aut gratũ populo Romano ſit,aut ab eo facilius ob eã cauſam, dignitatẽ quã volunt cõſequãtur.Quibuſcũ me Iud.pugnantẽ meo more priſtino nõ videbitis:nõ ꝙ mihi fas ſit quicq̃ effugere,qđ ſalus Planci poſtulet , ſed quia neq; neceſſe eſt, me id perſequi voce , quod vos mẽte videatis:& ꝙ ita de me meriti ſunt

illi ipſi,quos ego teſtes video paratos,vt eorũ reprehẽſio-
nem vos veſtrę prudentiæ aſſumere,meę moleſtię remit-
tere debeatis.Illud vnũ vos magnopere oro atq; obſecro
Iudices cũ huius quẽ defendo tũ cõmunis periculi cauſa,

Quo vos adiuuaremini).i.vt vos adiuuaret. Eſſent experti) ptiorib' comitiis. Reſtrictos & tenaces fuiſſe).i.reuocaſſe, quas tribus cõceſſerant. Credo) Ironia eſt. Eum te arripuiſſe).i.Aedilitate deieciſſe.

Eũ te arripuiſſe) Amphibologia eſt. Illud vero crimen) Credibile non eſſe probat quod Laterenſis de numis in Circo Flaminio deprehẽſis dixerat. In Circo Flaminio) In pratis Flaminij Circũ Flaminiũ fuiſſe T.Liuius author eſt.libr.tertio. Circũ Flaminiũ dictũ eſſe Varro dicit libro de Lingua latina primo,quod circum Flaminiũ campum ædificatus ſit,& quod ibi quoq; ludis Tauricis equi circum metas currant. Caluit re recenti) i.Principio fama diſperſa fuit de hac re. Sed ea fama diutius nõ conſtitit.Qua ratione id falſum eſſe oſtẽdit. Refrixit) Præteritum verbi frigere omnes docti vſurpant, vt ſit frixi:indocti vero frigui dicunt. Refrixit).i.refrigeratũ eſt,a refrigeſcendo.

Circus Flaminius.

Frixit a fugiendo

Qui illi numi fuerint).i.qualis moneta. Neq; quæ tribus) ad quã deferrentur. Qui tum in crimen vocabatur).i.qui deprehenſus diceba-tur. Eius) Planci. Quem tu habebas reum).i.cui diem dixeras, quẽ tu accuſaturus eras. Cur nõ eius damnationes) Nam ſi is qui deprehenſus dicitur,reus factus fuiſſet,isq; a Planco numos ad corrumpendas tribus accepiſſe ſe confeſſus fuiſſet, eius iudicatione præiudicium ad hoc iudicium comparatum fuiſſet.Vt pro A.Cluentio primũ Scamandri,deinde Fabritij damnatio in cauſa Oppianici præiudicium fuit. Magnæ ſunt in te opes) Laterenſem in inuidiam iudicibus adducit. Late patet gratia) id eſt tu es gratioſus. Cupidi) id eſt ſtudioſi. Pater optimus) Cn.Planci.Cuius de ſeueritate antea Cicero dixit. Multi etiam communes inimici reorum omnium) In alia ſententia eſt e illud pro L.Murena, Omnes ad pericula propulſanda cõcurrimus: & qui non aperte inimici ſumus, etiam alieniſſimis in capitis periculis amiciſſimorum officia & ſtudia præſtamus. Moueant animos) Iudicũ. Ab eo) populo Ro.Quibuſcũ) teſtibus. Effugere).i. nõ facere aut dicere. Alioqui eñ cliẽtis proditor eſſet. Quod vos mẽte videatis).i.qđ vos cognoſcatis. Veſtrę prudẽtię) datiuus caſus eſt.

Habere reum.

Reorũ amici & inimici.

Illud vnũ vos magnope oro) Famã de Planci largitione vulgatam fuiſſe ſignificat. Ei famę ne credant iudices orat, nec ei credendum oſtendit. Tum cõmunis periculi cauſa) Authore Quintiliano lib.v. qui famæ credendum non eſſe ſuadebit, eam eſſe dicet ſermonem

Famę non credendũ.

ſine vllo certo authore diſperſum, cui, malignitas initium dederit. incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocētiſſimo poſſet accidere: fraude inimicorum falſa vulgantium. Quotus quiſq; inquit Cicero pro M. Cœlio, famam effugere poteſt, in tam maledica ciuitate? Vicinum eius mulieris miraris male audiſſe, cuius frater germanus ſermones iniquorum effugere non potuit.

Auditiões. ne fictis auditionibus, ne diſſeminato, diſperſoq; ſermoni, fortunas innocentium ſubiiciendas putetis multi amici accuſatoris, nonnulli etiam noſtri iniqui, multi cōmunes obtrectatores atq; omniū inuidi multa finxerunt. nihil eſt autem tam volucre, q̄ maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur. Neque ego, ſi fontem maledicti reperietis, vt negligatis, aut diſſimuletis, vnq̄ poſtulabo: ſed ſi quid ſine capite manabit, aut q̄d erit eiuſmodi vt non extet auctor, qui audierit: aut ille negligens vobis eſſe videbitur, vt vnde audierit, oblitus ſit: aut ita leuem habebit auctorem, vt memoria dignū nō putarit: huius illa vox vulgaris, Auditu ne quid reo innocenti noceat, oramus. Sed venio iam ad L. Caſſium familiarem meū, cuius ex oratione ne illū quidē Iuuentium tecū expoſtulaui, quē ille omni & virture & humanitate ornatus adoleſcens primū de plebe Aedilē Curulē factū eſſe dixit. In quo Caſſi ſi iſta tibi reſpōdeā. neſciſſe id populū Ro. neq; fuiſſe q id nobis narraret, p̄ſertim mortuo Longino, nō vt opinor admirarere, cū ego ipſe nō abhorrens a ſtudio antiquitatis, me hic id ex te primū audiſſe cōfiteor. Et quoniā tua fuit perelegās ac perſubtilis oratio digna Equitis Ro. vel ſtudio, vel pudore: quoniāq; ſic ab his es auditus, vt magnus honos & ingenio & humanitati tuę tribueretur: reſpōdebo ad ea quę dixiſti, q̄ pleraq; de ipſo ſine fuerūt: in q̄bus ipſi aculei, ſi quos habuiſti

Nihil tam volucre q̄ maledictū.

in me reprehẽdendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. Quęſiſti, vtrũ mihi putarẽ Eqtis Ro. filio faciliorẽ fuiſſe ad adipiſcendos honores viã, an futuram eſſe filio meo,

Fictis auditionibus).i.famę falſæ quę auditionibus non viſis, conſiſtit. Diſſeminato, diſperſoq; ſermoni).i.famę puulgatę. Iniqui) i.inimici. Omniũ inuidi).i.inuidẽtes oĩbus. Id dicẽdi genus adnotandũ. Excipit).i.audit, credit. & vt vulgo dicũt recipit. Si fontẽ maledicti) Fõtẽ & caput ꝑ authore Cicero ſępe dicit, vulgo dicũt primã originẽ. Vt pro M. Cęlio, Horũ duorũ criminũ video fontẽ, video authorẽ, video certũ nomẽ & caput. Vt negligatis aut diſſimuletis).i. quin Plãcũ damnetis. Non extet author q audierit) .i. is qui ſe audiſſe dicet. non ſit author eius famę. Sed venio iã ad L. Caſſiũ) Venit Cicero, vt refutet ea quę L. Caſſius in Planci accuſatione dixit. Ne illũ quidem Iuuentiũ) M. Laterẽſem ex Iuuẽtia familia fuiſſe ante diximus. Aediles plebeij ex plebe, Aediles Curules ex patritiis tãtũ erãt apud Ro. veteres, vt ait T. Liuius libris. 6. & 7. Quẽdã Iuuẽtiũ primũ de plebe factũ Aedilẽ Curulẽ L. Caſſius dixerat. vt ea ratione Laterẽſem Aedilitate digniorẽ Planco oſtẽderet, qua ratione Plancũ largitione factũ Aedilẽ probaret. Id de Iuuentio falſum eſſe Cicero oſtendit. Ne illũ qdẽ Iuuentium tecũ expoſtulaui).i. cũ querela a te non requiſiui de illo Iuuentio. Quid ſi legas a te poſtulaui, non tecũ expoſtulaui. Si iſta tibi) In codicibus aliis eſt, ſi illa. Neſciſſe id populum. Ro.) quũ Plancum Aedilẽ faceret. Itaq; eo nomine largitionis ſuſpitio nulla eſſe debet.

Inuidus omniũ.
Fons & caput.
Aediles Curules & plebeij.

Mortuo Longino) aliquo Caſſio Longino. Is quiſnã ſit incertũ eſt. Videtur autẽ ſignificare eum Longinũ antiquitatis peritũ fuiſſe. Nõ abhorrens a ſtudio antiquitatis).i. antiquitatis non indoctus. Perelegans ac perſubtilis) Eloquentiam aduerſario more ſuo tribuit. Humanitati) .i. doctrinæ. De ipſo fine).i. de Conſulatu, quem paulo poſt finem honorũ populi Ro. appellant. Ipſi aculei).i. ipſa dicta aſpera & maledicta quibus me vituperaſti. Vt libro de Oratore. 2. Verborũ, ratio & genus orationis fuſum atq; tractũ, & cũ lenitate quadã ęquabili profluens, ſine hac iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarũ forẽſium aculeis proſequẽdum eſt. Aculeum teſtimonii idẽ dicit pro L. Flacco. Eodem etiam M. Lurcho vir optimus meus familiaris conuertit aculeum teſtimonij ſui. Itemq;, Mortuus eſt aculeo iam dimiſſo, ac dicto teſtimonio. Aculeum iracundiæ dixit in libro Tuſculanarũ Quæſtionum .4. Oratorem deniq; non modo accuſantem, ſed ne defendentem quidẽ probant ſine aculeis iracundiæ. Ab acu aculeum per diminutionem dictum eſſe Priſcianus ſcribit in libro tertio.

Cõſulatus magiſtrat⁹ maximus.
Aculeus in reprehẽdendo.

qui eſſet familia Cóſulari? Ego vero, q̄q̄ illi omnia malo, q̄ mihi, tamen illi honorū aditus nūq̄ faciliores optaui, q̄ mihi fuerunt. quin etiā, ne forte ille ſibi me potius peperiſſe iam honores, q̄ iter demonſtraſſe adipiſcendorū putet, hæc illi ſoleo pręcipere, q̄q̄ ad præcepta ætas non eſt

Vigilandū ſemper

gnati, quæ ille a Ioue ortus ſuis præcepit filiis, VIGilādū eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. noſtis cætera. Nó-

Multę inſidię bonis.

ne id, ꝙ multi videant, quæ ſcripſit grauis ille & ingenioſus poeta, ſcripſit, non vt illos regios pueros, qui iam nuſq̄ erant, ſed vt nos & noſtros liberos ad laborem & laudem excitaret? Quæris quid potuerit amplius aſſequi Plancus, ſi Cn. Scipionis fuiſſet filius? Magis Aedilis fieri non potuiſſet: ſed hoc præſtare, quod ei minus inuideretur. etenim honorum gradus ſummis hominibus &

Honorum gradus pares, gloriæ diſpares.

infimis ſunt pares, gloriæ diſpares. Quis noſtrum ſe dicit M. Curio? quis C. Fabritio? quis P. Duellio parem? quis Attilio Calatino? quis Cn. & P. Scipionibus? quis Africano? Marcello? Maximo? eoſdē ſumus honorū gradus, quos illi aſſecuti. Eſt enim in virtute multis aſcēſus: vti is gloria maxime excellat, qui virtute plurimū pręſtet.

Familia Conſulari) .i. mea, qui Conſul fui. Quā mihi fuerūt) qui primū vt honore dignus eſſem maxime ſemp laboraui. ſecūdo vt exiſtimarer. Tertiū mihi fuit illud, qd pleriſq; primū eſt, ipſe honos. Adi-

Adipiſci honores.

piſcēdorū) Adipiſci honores dicit ſępius, q̄ aſſequi aut cōſequi, quibus etiā verbis vtitur, ſed rarius. Ad pręcepta ætas nō eſt) Ea enim ætas eſt tenerior, q̄ vt pręceptis inſtitui poſſit. Gnati) Gnatū pro filio dici

Gnatus pro filio.

attēde. Nā genitor, genitrix, gnatus poetis maxime familiaria, oratoribus fere ignota ſunt. Quę ille a Ioue ortus) Ortus Ioue eſt filius Io-

Ortus Ioue & a Ioue.

uis. Ortus a Ioue, qui a Ioue ducit originē. Vt pro L. Murena Cicero ad Catonē Minorē de eius proauo Catone Maiore verba faciens, Eſt illud quidē exēplū tibi propoſitū domi, ſed tū naturæ ſimilitudo illius, ad te magis q ab illo ortus es, q̄ ad vnūquēq; noſtrū puenire potuit. Ille igit

a Ioue ortus.i. Atreus.qui Iouis pronepos fuit.Ex Ioue enim Tātalus, ex Tantalo Pelops,ex hoc Atreus natus eſt. Filiis Agamemnoni & Menelao,qui q̄uis Pliſthenis filij fuerint,Atrei tamen,qui Pliſthenis pater fuit,filij crediti ſunt. Author eſt Seruius libro Cōmētarior̄.i.in Aen.Virgilij.Cur ita crediti ſint Dictys Cretenſis libro primo ſcripſit, quod videlicet Pliſthenes iuuenis mortuus ſit,nec quicq̄ laude dignū fecerit. Eo igitur mortuo Agamemnon & Menelaus in poteſtatē aui Atrei reciderūt. Vigilandum eſt&c.) Verſus eſt Iambicus trimeter. Atrei filij. Agamēnō. Menelaus. Pliſthenes

Noſtis cęteraq;) Legēdū eſt,Noſtis cętera. Quū poetę alicuius verſus Cicero citat, ſi ij ſatis noti ſunt,non citat omnes. Sed loco reliquorū dicit noſtis cętera,aliud ve eiuſdem generis. Vt in libro de Senectute. Ad Appij Claudij ſenectutē accedebat etiā,vt cæcus eſſet: tamē is quū ſentētia Senatus inclinaret ad pacē & fœdus faciendū cū Pyrrho,non dubitauit dicere illa,quę verſibus perſecutus eſt Enni⁹,Quo vobis mē tes,rectę quę ſtare ſolebāt Antehac,demēti ſeſe flexere ruina,Cęteraq; grauiſſime.Notū vobis enim carmen. Videat).i.legāt. Ingenioſus poeta) Ennius.Nā,vt canit Ouidius libro Triſtium.2.Ennius ingenio maximus,arte rudis.De hoc plura in Catonem Ciceronis ſcripſimus. Poetæ verſus citare. Ennius ingenioſus.

Qui iam nuſq̄ erāt).i.q iā mortui erant,q̄ hęc Ennius ſcripſit. Magis Aedilis) Reſpōdet Cicero. Minus inuideretur,quam iis qui nati ſunt obſcuris parētib⁹, qui ſi magiſtratū gerebāt,eū magiſtratū pollui multi arbitrabātur. Honorū gradus &c.) Sentētia,Si infimus homo & ſummus gerāt aliquē magiſtratū.iis q ſūmus eſt,nō magis magiſtrat⁹, q̄ qui infimus eſt,ſed maiorē adipiſcitur gloriā. M.Curio) Dentato, qui Cōſul Samnitibus cęſis,& Sabinis,qui rebellauerāt,victis,& in deditionē acceptis,bis in eodē magiſtratu triūphauit.Vt ait T.Liuius libro.11. C.Fabritio) qui Pyrrhi bello Conſul fuit. P.Duellio) qui Cōſul primo bello Punico aduerſus claſſem Pœnorū proſpere pugnauit, primusq; omniū Romanorū ducū naualis victorię duxit triūphū. Ob quā cauſam ei perpetuus honos habitus eſt,vt reuertēti a cœna tibicines canerēt,& funale p̄ferretur.Author eſt idē Liuius libro.17. Qui tn̄ Cn.Duelliū vocat.De hoc plura ſcripſimus in Catonē Ciceronis. Attilio Calatino) Is tēpore primi belli Punici primū Cōſul fuit.Deinde Dictator primus exercitum Romanū extra Italiam duxit. Vt idē ait libr.xix. Cn.& P.Scipionibus) qui viij anno ſecundi belli Punici in Hiſpania occubuerunt, quos Cicero in Paradoxis duo propugnacula belli,& in Oratione pro L.Cornelio Balbo duo fulmina belli appellat. M. Curij triūphus. P.Duellius Attili⁹ Calatinus. Cn.& P. Scipiones.

Marcello) M.Marcellus Conſul quintum anno ſecundi belli Punici xj.ab Annibale occiſus eſt. Maximo).i. Q.Fabio Maximo, qui cunctando reſtituit rem.In his autem nominandis Cicero more ſuo temporis ordinem ſeruauit. Eoſdem ſumus honorū gradus,quos illi aſſecuti).i.fuimus ita bene Conſules quemadmodum illi fuerunt. M.Marcellus.

umphos T.Gracchi) T.Sẽpronius Gracchus Gracchorũ pater bis tri
umphauit,vt in Gracchorũ vita Plutarchus ſcribit. C.Marii) C.Ma
rius bis triũphauit,primũ de Iugurtha,deinde de Cimbris.Et quia cõ
miſſi ſunt iis magiſtratus) Niſi enim Cõſulatus his dati fuiſſent, rẽ
populi Ro.nõ bene geſſiſſent.Itaq; nõ triũphaſſent. Sequẽtia autẽ ex
antecedentibus plerunq; exiſtimantur.Itaq; Cicero libro Epiſtolarum
ad Atticũ.ix. Maiores,inquit,noſtri funeſtiorẽ diem eſſe voluerũt Al
lienſis pugnæ, q̃ vrbis captæ,quod hoc malum ex illo. Miles in Cre
ta hoc Imperatore) Fuit eñ Plancus,vt antea Cicero dixit, in Creta
contubernalis Saturnini propinqui ſui,miles huius Q.Metelli. Tri
bunus in Macedonia militum) Hoc quoq; antea dixit.Tantum ex re
militari) Cicero in oratione poſt reditũ in Senatu,Cuſtos capitis mei
Cn.Plancus omnibus prouincialibus ornamentis commodiſq; depo
ſitis,totam ſuam Quæſturam in me ſuſtentando & conſeruando col
locauit. Diſertus) a diſſerẽdo diſertus appellatus eſt. Authore M.Var — Diſertus orator.
rone libro de lingua latina ſecundo.ab agris tranſlatio fit.Nam vt oli
tor diſſerit in areas ſui cuiuſq; generis res,ſic in oratione qui facit di
ſertus eſt.Minus eſt diſertus quàm eloquens.Itaque M.Antonius ora
tor apud Ciceronem libro de Oratore primo dixit diſertos ſe co
gnoſſe nonnullos,eloquentem adhuc neminem. Id quod ſecundum
eſt) Id enim primum eſt, vt ſit homo diſertus: ſecundum, vt ſibi vi
deatur eſſe diſertus. Qui enim ſibi videtur diſertus,& nõ eſt,improbe
facit.Itaque Quintilianus libro primo pernicioſam ignorationem eſ
ſe dicit eorum,qui falſam ſcientiæ ſibi perſuaſionem induerunt. Fal
ſum de iure reſpondiſſe) id eſt malum dediſſe conſilium,quum de iu
re conſuleretur. In iis reprehendũtur) Autore Cicerone libro Tuſcu — Errare in re q̃ profiteare.
lanarum quæſtionum ſecundo,vt ſi grammaticum ſe profeſſus quiſ
piam barbare loquatur,aut ſi abſurde canat is,qui ſe velit haberi mu
ſicum,hoc turpior ſit,quod in eo ipſo peccet,cuius profitetur ſcientiã:
ſic philoſophus in ratione vitæ peccans,hoc turpior eſt,quod in officio
cuius magiſter eſſe vult,labitur:artemq; vitæ profeſſus, delinquit in
vita. Vt nos in mancipiis) Similitudo eſt ab hominibus ſumpta.

In mancipiis parandis) id eſt in ſeruis emendis. M.Cato de re ru — Parare.i. emere & cõparare.
ſtica.Villici officia quæ ſunt,quæ dominus præcipit ea omnia quæ in
fundo fieri oportet,quæq; emi parariq; oportet. Comparare vero pro
emere ſæpius quam eius ſimplex parare dicitur. Quanuis) id eſt
quantumuis. Quas in emendo ſecuti ſumus) id eſt quas eum habe
re putauimus, alioqui non emiſſemus. Sequi aliquam rem in emen — Sequi rem in emẽdo.
do eſt aliquid emere propter eam rem. Vt ſi emo veſtem, quia eius
color mihi iucundus eſt, alioqui non emerem, in emendo veſtem
eius colorem ſequor. Vulgo dicerent ego emo tantum propter co
lorem.

forte neſciuerit.ſin autē emimus,quem villicum imponeremus,quem pecori præficeremus,nihil in eo niſi frugalitatem,laborē,vigilantiā eſſe curamus. Sic populus Ro. deligit magiſtratus.quaſi Reip.villicos: in quibus ſiqua præterea eſt ars,facile patitur:ſin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt. quotus enim quiſq; diſertus? quotus quiſq; iuris peritus eſt?vt eos numeres, qui volūt eſſe.ꝙ ſi pręterea honore dignus nemo,qdnā tot optimis & ornatiſſimis ciuibus eſt futurū? Iubes Plancū de vitiis Laterēſis dicere.nihil poteſt,niſi eū nimis in ſe iracūdū putatis fuiſſe.Idē effers Laterēſem laudibus.facile patior,id te agere multis verbis,qđ ad iudiciū non ptineat: & id te accuſantē tādiu dicere,qđ ego defenſor ſine periculo poſſim cōfiteri.Atq nō modo cōfiteor ſumma in Laterēſe ornamēta eſſe,ſed te etiā reprehēdo,ꝙ ea nō enumeres,alia quædā inania & leuia conquiras. Præneſte feciſſe ludos. quid?alii Quęſtores nōne fecerūt?Cyrenis liberalē in publicanos,iuſtū in ſuos fuiſſe,qs negat?ſed ita multa Romæ gerūtur,vt vix ea quæ fiunt in prouinciis,audiantur.

Imponere villicum. Villicus. Præficere pecori & pręponere.

Quem villicū imponeremus).i.pręficeremus.Villicus, vt ait M.Varro libro de re Ruſtica primo,agri colēdi cauſa cōſtitutus eſt,atq; appellatus a villa,quod ab eo in eā conuehūtur fructus,& euehūtur,quū vęneunt. Quē pecori pręficeremus)Imponere,pręponere & pręficere in eadem re dicūtur.Columella lib.i.Proxima eſt cura de ſeruis, cui quēq; officio pręponere conueniat,quoſq; & qualibus operibus deſtinare. Et Cicero pro lege Manilia,Quum & bellum ita neceſſarium ſit,vt negligi non poſſit,ita magnum,vt accuratiſſime ſit adminiſtrādum,& quū ei Imperatorem præficere poſſitis,in quo ſit eximia belli ſcientia,ſingularis virtus,clariſſima authoritas,egregia fortuna,&c. Qui volunt eſſe) magiſtratus. Pręterea).i.pręter ea qui diſerti ſunt & iuris periti.

Iràcundus & iratus.

Eum)Laterenſem.In ſe) Laterenſem, vel potius Plancum,q̄uis non eſſet bona reciprocatio ſecundum Vallam,quę nec ſemper obſeruatur. Iracundum ab irato differre Cicero ſcribit libro Tuſculanarum quæ-

ſtionum quarto, quantum ebrioſum ab ebrio. Hoc tamen in loco pro irato iracundum dicit. Eſtq; illlud adnotandum a Cicerone dici in ſe iracundum, quanuis in ſe iratum & in ſe iraſci non dicatur.

Iracundus in ſe.

Quod ad iudicium non pertineat) Sæpe id facit Cicero, vt aduerſarium imperitum agendi oſtendat, vt pro Sex. Roſcio C. Erucium, pro A. Cluentio Cepaſios fratres. Quum oratio breuis eſſe debeat, L. Caſſium ſuperuacanea dixiſſe oſtendit. Authore Quintiliano libro quinto oratoris eſt interim efficere, vt aliquid ſuperuacaneum in aduerſarii oratione eſſe videatur. Teſtes in Cornelium accuſator lecti a Tribuno codicis pollicetur. Facit hoc Cicero ſuperuacaneũ, quia ipſe fateatur. Eodem authore nonnunq̃ quædã bene contemnũtur, vel tanq̃ leuia, vel tãq̃ ad cauſam nihil pertinẽtia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc ſimulatio interim hucuſq; procedit, vt quę dicẽdo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiẽdo calcemus.

Laterenſe Nominũ propriorũ ablatiuus.

In Laterẽſe) Scribit Priſcianus libro .vii. vti ſi inueniãtur propria nomina ſimilia appellatiuis in i tãtum finientibus ablatiuum illa per e proferant eum. Vt Iuuenalis propriũ a Iuuenale. Martialis propriũ, a Martiale. Annale ab Annalis. Cicero pro Fũdanio, Nõ hoc modo a Iulio Annale: ſed vix, mehercule, a Q. Mutone factũ probari poteſt. Idẽ pro Planco, Cõfiteor ſumma in Laterẽſe ornamẽta eſſe. Hęc ille. Alia quędã inania & leuia cõquiras) Eludit Caſſiũ, quod ſatis nõ laudarit Laterẽſem, vt pro Milone, eius accuſatores eludit, quod nõ vituperẽt Milonẽ, quod ſatis magnis præmiis ſeruos ſuos nõ affecerit. Pręneſte feciſſe ludos) i. efers Laterẽſem laudibus, dicẽs eum Præneſte feciſſe ludos. In huiuſmodi autẽ ſermone dicens aut dicẽdo, aut etiã quod vulgo dicũt, inquiẽs, quum ab aliis, tum vel maxime a T. Liuio omitti ſolet.

Dicẽs aut dicendo omittitur.

Præneſte.

Fortuna pręneſtina.

Præneſte vrbs eſt in Italia nõ longe ab vrbe Roma, quã Cæculus Vulcani filius cõdidit, vt eſt apud Virgilium lib. Aeneid. vii. Ea quondã Stephane appellata eſt, vt ait Plinius lib. iii. In ea L. Syllã fortunæ templũ feciſſe idem ſcribit lib. xxxvi. Vnde certa edi oracula Strabo author eſt libro quinto. De ſortibus Præneſtinis alio loco diximus. Authore Seruio dicimus hoc Præneſte. Vt, Quiq; altum Præneſte viri, & hæc præneſtis. Vnde eſt. Quum primam aciem Præneſte ſub ipſa Straui.

Facere ludos.

Ludos qui faciant.

Feciſſe ludos) vt pro L. Murena, Ego qui trinos ludos Aedilis feceram, tamen Antonii ludis commouebar. Alii Quæſtores nonne fecerunt) Ludos non ſoli Aediles faciebant, ſed etiam Quæſtores, & L. Murenam Prætorem feciſſe Cicero in eius defenſione ſcripſit. Cyrenis liberalem) Significat Cicero Laterẽſem Quæſtorem cum Prætore Cyrenas in prouinciã profectum eſſe. Sunt autẽ Cyrenæ vt diximus in Libya. In ſocios) i. in Cyrenęos. Ita multa Romę gerũtur) In prouincia Laterẽſis fuit, quo tẽpore Plãcus fuit Romę. Quę Romę gerunt magis cognita ſũt pop. Ro. q̃ q̃ in pͦuincia. Nõ igit̃ Laterẽſem Plãco populus Ro. ꝓponere debuit.

Non vereor) Exemplo ſuo probat ea quæ in prouincia fiãt populo Ro.ignota eſſe. In maximis rebus) i.in Conſulatu.Probat autem ſe hęc non dicere,vt ſe laudet,quũ de Conſulatu ſuo ſe magis poſſet laudare. Vllius in Sicilia Quęſturę) Quęſturam non Quęſturæ ſcribi debere cui nõ pateat? Frumenti maximũ numerũ).i.copiã.Vt in libro de Officijs tertio,Si vir bonus ab Alexandria profect⁹ Rhodũ magnũ frumenti numerũ aduexerit in Rhodiorũ inopia,& fame,ſummaq; annonę caritate. Et Actione in Verrem. v. Cuius iudicii metu magnus a multis frumẽti numerus ablatus,magnęq; pecuniæ coactę ſunt. Vis pro copia itidem dicitur,vt vis lachrymarũ,vis auri, vis marmoris a Cicerone dicitur.De quo alio loco dicemus. Mercatoribus iuſtus)Iuſtus mercatoribus,& iuſtus in mercatores,liberalis municipibus & liberalis in municipes dicitur,vt paulo ante.Cyrenis liberalẽ in publicanos, iuſtum in ſocios. Sociis abſtinens) id eſt Siculis nihi' eripiẽs.

Numerus frumenti.

Iuſtus mercatorib⁹, & in mercatores.

Decedebã) de prouincia.Decedere hac in re non diſcedere dici ſolet. De hac re Plutarchus in vita Ciceronis. Vltro).i.non petenti. Oĩa) etiam Conſulatũ. Puteolos) qui ſunt in Campania. Solent eſſe) ſoleant vt ſcribatur,ſenſus poſtulat. Plurimi autẽ & lautiſſimi ſolẽt eſſe Puteolis.Nam,vt ſcribit Sex.Pompeius,Puteolos minorẽ Delon eſſe dixerunt,quod Delos aliquãdo maximũ emporiũm fuerit totius orbis terrarũ,cui ſucceſſit poſtea Puteolanũ,q́d municipiũ Græcũ antea Dicęarchia vocitatũ eſt.Vnde Lucilius,Inde Dicęarchũ populos Delonq; minorem. Stomachans faſtidioſe).i.grauiter & cũ quodã faſtu iraſcens.De hoc verbo quod eſt ſtomachari alio loco diximus. Hunc Syracuſis Quęſtorem fuiſſe) Authore Aſconio Pediano bini Quęſtores in Sicilia,quotannis fuerãt ſingulis Pręgtoribus.Lilybitanus & Syracuſanus.Cicero,autẽ Lilybitanus erat. Me vnũ ex his feci).i.me cum his cõiũxi, nec me digniorẽ ob Quęſturam habui. Ad aquas).i. Puteolos.Ab aqua enim.i.a puteis Puteolos fuiſſe appellatos Plinius libro.xxxi.ſignificat.Idem dicit Strabo libro quinto. Aquariam prouinciã Cicero appellat in Oratione in Vatiniũ.In eo magiſtratu, quũ tibi magno clamore aquaria prouincia ſorte obtigiſſet,miſſus ne ſis a me Conſule Puteolos,vt inde aurum exportari,argẽtũq; prohiberes?

Liberalis ſuis & in ſuos.

Decedere de ꝓuincia

Puteoli.

Delos.

Quęſtores duo in Sicilia.

Puteoli vnde dicti.

Aquaria prouincia.

Mihi tum) de prouincia decedenti. Aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere) id eſt quæ audiat, facile obliuiſci :quæ videat, acrius meminiſſe. Habitaui in oculis) id eſt in eorũ cõſpectu ſemper verſatuſſum. Preſſi) In codicib⁹ aliis ſcriptũ eſt,repreſſi. A cõgreſſu meo).i.a meo colloquio. Abſterruit) In codicibus aliis,abſtruſit ſcriptum eſt. De occupatis meis temporibus).i.de temporibus iis quib⁹ occupatus eram.in curia aut in foro.Vt occupatã vitam dicit in libro Tuſculanarum Quæſtionum ſecũdo, In vita tamen occupata, atq; vt Neoptolemi tũ erat, militari,pauca ipſa multũ proſunt.Cicero quãtũ

Occupata tempora & vita.

occupata ſint ſua tẽpora ad Q.fratrẽ ſcribit lib.Epiſt iii.Occupationũ; inquit,mearũ ſignũ tibi ſit librarii manus.Diẽ ſcito eſſe nullũ,quo die non dicã pro reo.Ita quicquid cõficio aut cogito,in ambulationis fere tempus confero.

†ne ocium quidẽ vnq̃ ocioſum. cui fuerit † negociũ quidẽ nũq̃ ocioſum?nã quas tu cõmemoras Caſſi,legere te ſolere orationes,cũ ocioſus ſis, has ego ſcripſi ludis & feriis, ne omnino vnq̃ eſſem ocioſus. Etenim M.Catonis illud, quod in principio ſcripſit Originũ ſuarũ,ſemper magnificũ & pręclarũ putaui,CLarorum virorũ atq; magnorũ nõ minus ocii,q̃ negocii,rationem extare oportere.ita ſi quã habeo laudẽ,quę quãta ſit neſcio,parta Romę eſt,quęſita in foro:meaq; priuata cõſilia publici quoq; caſus cõprobauerunt,vt etiam ſumma Reſp.mihi domi fuerit gerẽda, & vrbs in vrbe ſeruãda. Eadẽ igitur Caſſi via munita Laterẽſi eſt, idem virtutis curſus ad gloriã,hoc facilior fortaſſe, q; ego huc a me ortus & per me nixus aſcendi:iſtius egregia virtus adiuuabitur cõmendatione maiorũ.Sed vt redeam ad Plancum nunq̃ ex vrbe abfuit,niſi ſorte,lege,neceſſitate:non valuit rebus iiſdẽ,quibus fortaſſe nõnulli:at valuit aſſiduitate, at valuit ſeruãdis amicis,valuit liberalitate,fuit in oculis,

Ocii nõ minus q̃ negocii ratio extare debet.

Negocium quidem nunq̃ ocioſum) In codicibus aliis meli[9] ſcriptum mihi videtur,Ne ocium quidem vnq̃ ocioſum. Ad eam ſententiam. Vt quum ei ocium fuerit per ludos aut ferias, id ocioſum ei non fuerit. Quas tu commemoras Caſſi) Ciceronis orationes editas legere ſe Caſſius in accuſatione dixit.Ludis & feriis ſcribere ſe ſolitum illas orationes Cicero dicit,poſtquam eas in foro aut in curia, aut in concione habuerat. Prius enim q̃ haberet orationes Cicero commentarios (memoriale vulgo appellãt) ſcribebat,in quibus quæſtiones præcipuas conſcribebat, ii commentariorum libri editi fuerunt. Nam a Quintiliano & ab Aſconio Pediano citantur.Poſtea ludis & feriis, vt modo dixi,orationes ſcribebat. Rudis & ferus) legendum eſt ludis & feriis. Diebus feſtis ludiſq; publicis negocia forenſia omnia inter-

Cicero quãdo ſcribebat orationes.

mittebantur. Vt ait Cicero in oratione pro Marco Cælio. Quod in principio ſcripſit Originnm ſuarum) Locum authoris citat Cicero præter morem ſuum. De Originibus Catonis ſcripſi in Ciceronis Catonem Maiorem. Semper magnificum &c) Aut ſunt verba Catonis, aut mimeſis eſt. Non minus ocii q̃ negocii) id eſt ocii rationem illam habendam eſſe, ne in eo ocioſi ſimus. Scipio Africanus maior, vt de eo Cato ſcripſit, dicere ſolebat, Nunquam ſe minus ocioſum eſſe, quam quum ocioſus erat. Nam in ocio de negociis cogitabat, nec vnq̃ ceſſabat, eumq; ocium acuebat. vt eſt apud Ciceronem libro de Officiis tertio. Apud A. Gellium cap. x. libri. xix. pulchri verſus Ennii ſunt de ocio ocioſo, & negocio. Publici quoq; caſus) Nam Catilinæ coniuratio forte emerſit in Ciceronis Conſulatu. Domi) id eſt in patria. Eadem igitur Caſſi vita munita) Via non vita ſcribi debet. Authorē citare.

Idem curſus) id eſt idem compendium, eadem celerior via. Vt ante dixit. Vt te ad curſum iſtum tenendum, quem a prima ætate ſuſcepiſti, cohortentur. Huc) id eſt ad Cōſularē dignitatē. A me ortus) id eſt nec parentū nec maiorū, ſed mea virtute illuſtratus. Niſi forte) Legendum arbitror contra omnium exemplorum fidem, forte non forte. Ter enim Plācus ab vrbe abfuit, quum miles in Creta erat, quū Tribunus militum, & poſtea Quæſtor in Macedonia fuit. Abfuit Quęſtor forte. Quęſtor enim cum Prętore pxouinciam ſortiebatur. Vt pro P. Seſtio de eodem Seſtio. Quæſtor hic C. Antonii collegæ mei iudices fuit ſorte, ſed ſocietate conſiliorum meus. Et in diuinatione de Quinti Cæcilii quæſtura, Nullam neq; iuſtiorem, neq; grauiorē cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, q̃ coniunctionem ſortis, q̃ prouinciæ, q̃ officii, q̃ publicam numeris ſocietatem. Abfuit miles lege. Lex enim iubebat, vt ciues Romani annis decem militarent inter annum ætatis. xvii. completum, & lxvi. Huius legis meminit Plutarchus in vita Gracchorum. Abfuit Tribunus militum neceſſitate, quum enim Tribunus militum eſſet, ſiue in comitiis, ſiue in exercitu factus, eū in exercitu eſſe neceſſe fuit. Rebus iiſdem) vt eloquētia & iuris ciuilis ſciẽtia. At valuit aſſiduitate) Quū aliquē laudamus ſi quid defuit, alia ei affuiſſe dicamus, quæ minoris facienda non ſint, q̃ illa quæ deſunt. Vt pro L. Flacco adepturus Gręcis teſtimonii fidem, ne eos vituperare videatur, iis eloquentiam tribuit. Et in libro de Officiis primo ſcribens de iis quibus non licet parentes imitari. Si, inqnit, non poterit ſiue cauſas defenſitare ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere, illa tamen præſtare debebit, quæ erūt in ipſius poteſtate, iuſtitiam, fidem, liberalitatem, modeſtiā, temperantiā, quo minus ab eo id quod deſit requiratur. Aſſiduitate) ea eſt quā vulgo appellant reſidentiā. Quæſtor prouinciā ſortiebatur. Lex militaris. Aſſiduitas.

Seruādis amicis) nō qdē in foro iudiciali. Diſertus eñi nō erat, ſed amicis ſeruādis, vt me in Macedonia ſeruauit. Liberalitate) nō largitõe.

petiuit,eſt vſus ratione,qua minima inuidia noui homi-nes plurimi eoſdem honores conſecuti ſunt. Nam ꝙ ais Caſſi,non plus me Planco debere,q̃ bonis omnibus ꝙ iis æque mea ſalus chara fuerit:ego me debere bonis omnibus fateor:ſed etiã ii,quibus ego debeo,boni viri & ciues, Aedilitiis comitiis aliquid ſe meo nomine debere Planco dicebant. Verum fac me, multis debere & in iis Planco.

Cõturbare.

vtrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cum cuiuſq; dies venerit:hoc nomẽ, quod vrget,nunc cum pe-titur diſſoluere?quanq̃ diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratię.nã qui pecuniã diſſoluit,ſtatim nõ habet id qđ red didit:qui autem debet, æs retinet alienum. gratiam au-tem & qui refert,habet: & qui habet in eo ipſo ꝙ habet, refert.Neq; ego nunc Planco deſinam debere, ſi hoc ſolue ro:nec minus ei redderẽ volũtate ipſa, ſi hoc moleſtię nõ accidiſſet.Quęris a me Caſſi,qd pro fratre meo,qui mihi eſt chariſſimus, quid pro meis liberis,qb9 nihil poteſt mi hi eſſe iucũdius,amplius q̃ pro Plãco facio,facere poſſim: nec vides iſtorũ ipſorum charitate ad eius ſalutẽ defendẽ dam maxime ſtimulari me atq; excitari.Nã neq; illis hu-ius ſalute,a quo meã ſciũt eſſe defenſam,qeq̃ eſt optatius: & ego ipſe nunq̃ illos aſpicio,quin per hũc me his cõſer-uatũ eſſe meminerim,huiuſq; meriti in me recorder. Opi miũ dãnatũ eſſe cõmemoras ſeruatorẽ ipſum Reip.Cali-diũ adiũgis,cui9 lege Q.Metellus in ciuitatẽ ſit reſtitut9.

Debitio pecuniæ & gratiæ diſſimilis.

Petiuit) Aedilitatẽ. Eſt vſus ratione)Romanos enim ciues ſaluta uit,iiſq; ſupplicauit ,Nam quod ais Caſſi) Dixerat Caſſius Ciceronẽ nõ plus debere Plãco,q̃ omnibus bonis ciuibus, quibus eius ſalus curæ fuerat.Et Plãco &cæteris bonis ciuibus debere ſe plurimũ fatetur. nunc autẽ Plãco diſſoluendũ eſſe,quũ neceſſitas poſtulet. Aedilitiis comitiis)Idẽ dicit Cicero in pricipio hui9 orationis.In iis).i.inter eos.

Conturbare).i.cōmiſcere & confundere ea quę bonis omnib⁹ debeo, vt ea nō diſſoluā niſi vniuerſis, aut ne vniuerſis quidē. Hac ætate fit, vt qui creditoribus ſatiſfacere nō poſſunt, id beneficij cum literis regiis impetrēt, vt quinquēnio toto à creditoribus appellari non poſſint. Id quinquēnale vulgo appellāt. Exacto quinquēnio, ſi ſoluēdo non ſunt, tātūdē tēporis ipetrāt. Alijs, qui fortunę tenuioris ſunt, cōcedit, vt nūq̄ vocētur in iudiciū, niſi fortunę beneficio facti fuerint locupletiores. Conturbare huiuſmodi debitores dici poſſunt, ꝙ creditores oēs eodē numero habeāt, & quaſi cōmiſceāt. Budęus in Adnotationibus in Pādectas hūc Ciceronis locū citās, cōturbare eſſe dicit decoquere, & pecuniā ſuā diſſipare, ꝓprieq̨ de ſeruis dici, qui cū dominorū rationibus paria nō faciūt. Cuiuſq̨).i.vniuſcuiuſq̨ cui ego debeo. Hoc nomē).i. hoc debitū. Quo q̄ diſſimilis eſt pecunię debitio & gratię) Locus hic ab Antonio Iuliano explicatus eſt, vt eſt apud A.Gelliū cap.4.libri .1. Eadē ſententia eſt in Oratione Ciceronis poſt reditū ad Quirites, Atqui in officio pſoluēdo diſſimilis ratio pecunię debitę eſt ·. propterea ꝙ pecuniā q retinet, nō diſſoluit: qui reddidit nō habet. Gratiā & q retulit habet, & qui habet, diſſoluit. Hoc ab alio ante dictū fuiſſe idē Cicero ſignificat in libro de Officiis.2. Cōmode, inquit, quicūq̨ dixit pecuniā qui habeat, non reddidiſſe: & qui reddiderit non habere: Gratiā autē & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe. Pecuniæ debitio & gratię) Vt debere pecuniā, ita debere gratiā ſæpe licet inuenire a Cicerone dici. Vt in Philippica ſecūda, Quo etiā maiorē Reſp. gratiā debet, qui libertatē populi Ro. vnius amicitiæ prępoſuit. Et ꝓ Milone, Huius beneficij gratiā Iudices fortuna populi Ro. & veſtra felicitas, & alij immortales ſibi deberi putāt. Et ꝓ L.Cornelio Balbo, Iuſtā & debitā gratiā refero. Debere quoq̨ bñficiū dici alio loco docuim⁹. Is retinet alienū) Aes nō is legēdū eſt, vti apd Gelliū ſcriptū. Aes eñ qd debet̄ creditoris eſt nō debitoris. Itaq̨ Iabolenus lib. Digeſtoꝝ.49. de Iure Fiſci, id bonoꝝ cuiuſq̨ eſſe dicit, qd æri alieno ſupereſt. Si hoc moleſtię) .i. ſi hęc ei⁹ accuſatio, & ideo mea defenſio. Pro meis liberis) Marco & Tullia. Iſtorū ipſorū) libe oꝝ. Hui⁹) Plāci. Opimiū damnatū eſſe cōmemoras) L.Opimius Cos. C.Gracchū oppſſit. Is accuſatus primū apud populū a Q. Decio Trib. Pl. ꝙ indēnatos ciues in carcerē conieciſſet, liberatus eſt. vt ait T.Liui⁹ lib.lxi. Deinde miſſus Legatus ad diuidēdū iter Iugurthā & Adherbalē regnū, qd Micipſa obtinuerat, a Iugurtha corruptus eſt. Eo crimine accuſatus cōdēnatus eſt, vt authores ſunt Salluſtius in Iugurtha, & Plutarchus in vita Gracchorū. Seruatorē Reip.) Quia furioſos C.Gracchi conatus repreſſit. Q. Metellus) Numidicus, qui in exiliū abire, q̄ in L.Saturnini pernicioſas leges iurare maluit. Is lata lege Saturnino occiſo in vrbē reuocatus eſt. Plutarchus in vita C.Marij de hac re ſcribit fuſius.

Cōturbare creditores.

Debitio pecunię & gratię.

Debere gratiā.

Aes alienū

L. Opimi⁹.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

reprehendis meas pro Planco preces, ꝙ nec Opimius ſuo nomine liberatus ſit, nec Q. Metelli Calidius. De Calidio tibi tantum reſpondeo, quod ipſe vidi, Q. Metellum Pium Conſulem Prætoriis comitiis petente Q. Calidio populo Romano ſupplicaſſe: cum quidem nõ dubitaret & Conſul & homo nobiliſſimus patronum illum eſſe ſuum & familiæ ſuæ nobiliſſimæ dicere. Quo loco quęro ex te, num id in iudicio Calidii putes, quod ego in Planci facio, aut Metellum Pium, ſi Romæ eſſe potuiſſet, aut patrem eius, ſi vixiſſet, non fuiſſe facturum? Nam Opimii quidem calamitas vtinam ex hominum memoria poſſet euelli. vulnus illud Reipublicę, dedecus huius imperii, turpitudo populi Ro. non iudicium putãdum eſt. Quã enim illi iudices, ſi iudices & non parricidæ patriæ nominandi ſunt, grauiorem potuerunt Reip. infligere ſecurim, cum illum e ciuitate eiecerunt, qui Prætor finitimo, Conſul domeſtico bello rempublicã liberarat? At enim nimis ego magnũ beneficium Planco, & vt ais, id verbis exaggero. quaſi vero me tuo arbitratu & non meo gratũ eſſe oporteat. Quo iſtius tantum meritum inquit? an quia te non iugulauit? immo vero quia iugulari paſſus nõ eſt. Quod quidem tu loco Caſſi etiã purgaſti inimicos meos, meæq; vitæ nullas ab illis inſidias fuiſſe dixiſti: poſuit hoc idem Laterenſis. quamobrem de iſto paulo poſt plura dicam. de te tantũ requiro: vtrum putes odium in mę mediocre inimicorũ fuiſſe? quod fuit vllorũ tantũ requiro. Vtrum putes odium vnq̃ barbarorũ tã immane ac tam crudele in hoſtem? An fuiſſe in iis aliquem aut famæ metũ aut pœnę, quorũ vidiſti toto illo anno ferrũ in foro, flãmã in delubris, vim in tota vrbe verſari? niſi exiſtimas, eos id-

Securim infligere Reip.

circo vitę meę pepercíſſe ꝙ de reditu meo non timerent, & quēq̄ putas fuiſſe tam excordem, qui viuis his, ſtante vrbe & curia, rediturum me ſi viuerem, non putaret?

Excors.

Liberatus ſit) id eſt abſolutus. Q.Metellum Pium) Numidici filiū. Hoc exemplum ſcribit Valerius Maximus libro .v.de Gratis. Prętoriis comitiis) quibus Prætores fiebant. Supplicaſſe) Ex more ſuo potius q̄ ſupplicauiſſe. Patronum illum eſſe ſuum) Magna hæc fuit gratitudo. Nam authore Cicerone libro de Officiis ſecūdo, qui ſe locupletes, honoratos, beatos putant, ij ne obligari quidem beneficio volunt, qui etiam beneficium ſe dediſſe arbitrantur, quū ipſi q̄uis aliquid magnum acceperint; æque etiam a ſe aut poſtulari, aut expectari aliquid ſuſpicantur. Patrocinio vero ſe eſſe vſos, aut clientes appellari mortis inſtar putant. In iudicio) Accuſatum Calidium repetundarum arbitror. Si Romę eſſe potuiſſet) Nam in Hiſpania Imperator bellum gerebat cum Sertorio. Opimii quidē calamitas) Significat Opimiū iniuſte condemnatum. Calamitas) id eſt condemnatio. Illi iudices) Hi Iudices erant ſoli Equites. Nam lege Sempronia ſoli Equites tum iudicabant. Eos annos prope quinquaginta iudicaſſe ſine vlla ſuſpitione pecuniæ ob rem iudicandam acceptæ Cicero dicit in Verris accuſatione. Si iudices, & non parricidæ patriæ) Correctio eſt. Parricida patrię, vt in Vatinium, Es ne igitur patriæ certiſſimus parricida? Inde parricidium patriæ idem dixit in libro de Officiis tertio, Poteſt enim Dij immortales cuiq̄ eſſe vtile, fœdiſſimum & teterrimum parricidium patriæ? Grauiorem inſtigere ſecurim) id eſt maius incommodum afferre. De hoc dicendi genere alibi plura ſcripſimus. E ciuitate eiecerunt) id eſt exilio multauerunt. Prætor finitimo bello) L. enim Opimius Prætor Fregellanos qui defecerant in deditionem accepit, & Fregellas diruit, vt ait T.Liuius libro.lx. Domeſtico bello) qd C.Gracchus excitabat. At enim minus magnum &c.) Hoc in loco aliquid deeſſe, itaq; legendum eſſe arbitror. At enim nimis ego magnum beneficium Planco debere me dico: &, vt ais, id verbis exaggero. Poſuit hoc idem Laterenſis) id eſt in accuſatione ſua affirmauit. De iſto) Laterenſe. Requiro) id eſt quæro. Inimicorum) P. Clodii, A.Gabinii, L. Piſonis, eorumque qui coniurationi fauerant, aut quorum neceſſarij pœnas dederant. Toto illo anno) quo P.Clodius fuit Tribunus pl. Et quenq̄ putas) Probat vitæ ſuæ inimicos non pepercíſſe. Et quēq̄) id eſt vtrum quēq̄ ex inimicis. Tam excordem) id eſt tam ſtultum. Viuis his) bonis ciuibus. Si viuerem) id eſt ſi me inimici non occidiſſent in exilio, vt ſignificet ſalutem ſuā a Planco ſeruatam.

Equites ſoli Iudices.

Parricida patriæ.

Inſligere ſecurim.

Quamobrem non debes is homo & is ciuis prædicare vitam meam, quæ fidelitate amicorum conſeruata ſit, inimicorum moleſtia non eſſe appetitam. Reſpondebo tibi nunc Laterenſis minus fortaſſe vehementer, q̃ abs te ſum prouocatus, ſed profecto nec conſiderate minus, nec minus amice. nam primũ illud fuit aſperius me quæ de Planco dicerem, mentiri, & temporis cauſa fingere, ſcilicet homo ſapiens excogitaui, quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obſtrictus, cum liber eſſem & ſolutus. quid enim? mihi ad defendendum Plancum parum multæ, parum iuſtæ neceſſitudines erant familiaritatis, vicinitatis, patris amicitiæ? quę ſi non eſſent, vereor credo ne turpiter facerem, ſi hoc ſplendore & hac dignitate hominem defenderem, fingenda fuit mihi Iudices cauſa peracuta, vt ei quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur. non quo turpe ſit protectum in acie hoſtium manibus erui:

Corona ciuica.

Is homo) id eſt talis homo qualis tu es. Prædicare) id eſt palam dicere in foro. Temporis cauſa) id eſt vt honeſtam defendendi cauſam viderer habere. Illud enim a Cicerone fieri ſolitum alibi docuimus, vt in principio defenſionum honeſtam ſe cauſam defendendi habere dicat, ne aut gloriæ cupiditate, aut accuſatoris odio, aut turpi quęſtu ad defenſionem acceſſiſſe videatur. Scilicet homo ſapiẽs) Ironia eſt. Obſtrictus) id eſt obligatus. Quum liber eſſem & ſolutus) id eſt quum obligatus non eſſem. Mihi ad defendendum) Oſtendit Cicero id ſe cauſa temporis non finxiſſe, quum multas alias cauſas honeſtas Planci defendendi habuerit. Vicinitatis) Atina enim Arpino vicina erat, vt ante dixit. Patris) Planci. Quantæ neceſſitudines amicitiæ patris Plãci Ciceroni fuerint, ipſe teſtatur libro Epiſtolarum xiij. ad Cn. Plancum. Non dubito, inquit, quin ſcias in ijs ne-

ceſſarijs qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel coniunctiſſimum: non iis modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis, ſed iis etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur, quam ſcis mihi iucundiſſimam cum patre tuo & ſummam fuiſſe. Vereor credo) Ironia eſt. At id etiam gregarij) A minore ad maius probat ſe non finxiſſe beneficij a Planco accepti magnitudinem. Etiam gregarij) id eſt non ſolum delecti, ſed etiam humiliores, quales multi ſunt in his qui tumultuarie colligũtur. Authore Plinio capite quarto libri vigeſimiſecundi, Ciuicæ coronæ honos, vno aliquo vel humillimo ciue ſeruato, præclarus ſacerque habetur. Gregem dici pro hominum multitudine vel honeſtorum, vel humilium alio loco docuimus. Inde gregarii milites dicuntur ii, qui humiles ſunt, & non delecti, quales eſſe ſolent quum tumultuarie colligũtur. A Salluſtio quoque in eam rem dici in bello Catilinario certum eſt. Multi, inquit, memores Syllanæ victoriæ, quod ex gregarijs militibus alios Senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atque cultu ætatem agerent, ſibi quiſque, ſi victoria in armis foret, talia ſperabat. Gregales Cicero appellat ſocios vel homines humiliores. vt de Reſpõſis Aruſpicum, Hoc quidem verbo neque P. Clodius, neque quiſquam de gregalibus eius, aut de conſiliariis deſignatur. Et libro de Oratore ſecundo, Vt in illum Titium, qui quum ſtudioſe pila luderet, & idem ſigna ſacra noctu frangere putaretur, gregaleſque, quum in campum non veniſſet, requirerent, excuſauit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. Vt coronam dent ciuicam) Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, a quo ſeruatus in prælio eſt, teſtem vitæ ſalutiſq; perceptæ dat. Ea fit ex fronde querna, quoniã cibus victuſque antiquiſſimus querceus capi ſolitus ſit. Fit etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt. Author eſt A. Gellius capite ſexto libri quinti, vbi de huiuſmodi coronæ iure multa ſcribit. Authore tamen Plinio capite quinto libri. 16. ciuica corona primo fuit ilignea, poſtea magis placuit ex æſculo Ioui ſacra. Ea donatur, vt idẽ ſcribit, qui ciuẽ ſeruare, q̃ hoſtem occidere maluit. Quanta cura fuerit Romanis antiquis, vt ciues ſuos ſeruarent, in ſecundam Inuectiuarum ſcripſimus. Eadem donatur is qui patriæ muros primus ſcandens audentem irrumpere occidit. vt idem Plinius ſcribit. L. Gellius ciuicam coronam Ciceroni a Rep. deberi ob eam cõſeruatam, in Senatu dixit, vt eſt in eius Ciceronis oratione in L. Piſonem. Authore Plinio licet vti ei qui eam acceperit, perpetuo ludis. Induenti ſemper aſſurgi, etiã ab Senatu in more eſt: ſedendi ius in proximo Senatui. Quum reliquas coronas auro veteres illi Romani commendarent, ſalutem ciuis, iis qui eum ſeruaſſent, in precio eſſe voluerunt, clara profeſſione ſeruari quidem hominẽ nefas eſſe lucri cauſa. Non quo turpe ſit) Legendum arbitror, Non quod turpe ſit.

Corona ciuica.

Gregarij milites, & gregales.

Ciuica corona.

(nam id accidere,niſi forti viro & pugnãti cominus non poteſt) ſed onus beneficii reformidant: ꝙ permagnũ eſt alieno debere idẽ,qđ parenti.Ego cũ cęteri vera beneficia etiã minora diſſimulent,ne obligati eſſe videantur,eo me beneficio obſtrictũ eſſe ementiar,cui ne referri q̃dẽ gratia poſſe videatur.An hoc tu Laterẽſis ignoras? qui cũ mihi eſſes amiciſſimus: cũ vel periculũ vitæ tuę mecũ ſociare voluiſſes:cũ me in illo triſti & acerbo luctu atq; diſceſſu non lachrymis ſolũ tuis,ſed animo,corpore,copiis proſecutus eſſes,cũ meos liberos & vxorẽ me abſente tuis opibus auxilioq; defendiſſes:ſic mecũ ſemper egiſti: te mihi remittere atq; cõcedere vt omne ſtudiũ meũ in Cn. Plãci honorẽ conſumerẽ, ꝙ eius in me meritũ tibi etiã gratum eſſe dicebas.Nihil autẽ me noui,nihil tẽporis cauſa dicere,nõne etiã illa teſtis eſt oratio,quę eſt a me prima habita in Senatu?in qua cũ perpaucis nominatim egiſſem gratias,ꝙ oẽs enumerari nullo modo poſſent,ſcelus aũt eſſet queq̃ pręteriri: ſtatuiſſemq; eos ſolũ nominare,qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuiſſent, in his Planco gratias egi.reciteturq; oratio,quę propter eius magnitudinẽ

Niſi forti viro & cominus pugnanti) Qui enim per ignauiam aut pręlio non adeſt,aut eminus pugnat,in id periculum non incidit, vt ab hoſte vel capiatur vel occidatur.Negat igitur eſſe turpe hoſtiũ manibus eripi,quia in eas incidere turpe non ſit. Onus beneficij reformidant) id eſt tanta beneficij magnitudine obligari nolunt. Alieno) id eſt non parenti.Vt enim a parente vitam accepimus,ita vitã periclitantem nobis reſtituit is qui nos hoſtium manibus eripuit.Quantũ autem parentibus debeamus,Cicero ſcribit in libro de Officijs primo. Si contentio quędam,inquit, & comparatio fiat, quibus plurimũ tribuendum ſit officij,principes ſint patria & parẽtes, quorum beneficijs maxime obligati ſumus. Idem in Oratione poſt reditum in Senatu, Parentes chariſſimos habere debemus, quod ab his nobis vita,patria

Parẽtibus quantũ debeamus.

monium,libertas,ciuitas tradita eſt. Ego quum cæteri &c.) Authore Quintiliano libro quinto Ariſtoteles argumentum putat potentiſſimum ex eo qui dicit, ſi ſit vir optimus,proximum ſi optimus videatur. Inde ,inquit, nobilis illa Scauri defenſio . Q Varius Sucronenſis ait Aemylium Scaurum Rempublicam populi Romani prodidiſſe. Aemylius Scaurus negat.Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur. Is quũ Ariſtophontem (quo accuſante ſimilis criminis reus erat) interrogaſſet, an is accepta pecunia Rempublicam proditurus eſſet, isque id negaſſet.Quod igitur,inquit,tu non feciſſes,ego feci.Huic nõ ita diſſimile eſt hoc exemplum. Ego quum cæteri) Oſtendit quę de Planco dixiſſet, non finxiſſe cauſa temporis . Primum quod acceperit a Planco beneficium , cui gratia referri non poſſe videatur , quod non fateretur niſi verum eſſet, quum cæteri vera beneficia etiam minora diſſimulent.Deinde Laterenſis teſtimonio . Poſtremo Oratione ea quam poſt reditũ habuit in Senatu,multo ante hanc cauſæ actionem. Quum cæteri vera beneficia) Argumentum a contrario. Ne referri quidem gratia) id eſt quod maximũ eſt. Periculum vitæ tuæ mecum ſociare voluiſſes) id eſt te periculo mecum exponere voluiſſes.Significat autem Laterẽſem fuiſſe ex iis qui ſuaſerint ipſi Ciceroni, vt ne abiret in exliũ,ſed manu cũ inimicis decertaret , cui operã ſuã Laterenſis pollicitus ſit. Sic mecũ ſemper egiſti) poſt reditum meũ.

Te mihi remittere atq; concedere).i.te contentum eſſe, vt gratiam tibi minorẽ referrem,dũ Planco maiorem referã.Ea ratione ex Laterenſis ſententia oſtendit benficia quæ a Planco accepit,maiora eſſe maximis iis quæ Laterenſis contulit. Studiũ).i.fauorẽ in ſuffragiis. In honorem).i.in Aedilitatẽ aliũve magiſtratũ.Vt cauſæ vtile eſt,ſi quid ex accuſatione patronus ad cauſæ ſuæ vtilitatẽ transferre poſſit,ita nõ minus vtile eſt, ſi quid aliquãdo dixit aduerſarius quod nobis proſit.

Prima habita in Senatu) Non ſignificat Cicero ſe plures habuiſſe in Senatu orationes poſt reditum , quibus Senatui aliisque quorum beneficio redierat, ageret gratias . Sed primam illam, eſſe ex iis quas poſt reditum in Senatu habuerit. Perpaucis) ii qui ſint legere licet in ea oratione. Et quaſi ſigniferi) id eſt authores & principes . Quia autem inuitis Clodianis Cicero reuocatus eſt, vſus eſt tranſlatione a re militari. Sunt autem ſigniferi , qui ſigna portant, qui non ſolum fideles eligebantur ſed etiam literati .vt ait Vegetius libro ſecundo . Eos ætate ſua Draconarios appellari dicit . Alibi quoque Cicero hac voce vſus eſt.Vt pro P. Sylla, Lille Torquatus quum eſſet meus contubernalis in Conſulatu,quum ſignifer eſſet iuuẽtutis.Et libro Tuſculanarum Quæſtionum quarto,Et quidem illam ipſam iram Centurio habeat,aut ſignifer,vel cęteri. In his).i.inter hos. Signiferi qui ſint

De ſcripto dicta orat. dicta de ſcripto eſt. in qua ego homo aſtutus ei me dedã, cui nihil magnopere deberem, & huius tanti officii ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno. RECITA. Nolo cætera quæ a me mandata ſunt literis recitari. prætermitto illa, ne aut proferre videar ad tempus, aut eo genere vti literarum, quod meis ſtudiis aptius, q̃ conſuetudini iudiciorum eſſe videatur. Atq; etiam clamitas Laterenſis, Quouſq; iſta dicis? nihil in Cyprio profeciſti: abſolutæ iã ſunt preces tuæ. De Cyprio mihi videlicet obiicis, quem ego de me bene meritũ, quia te teſte cognouerã, te eodem auctore defendi: & ei dicis, Quouſq;? quẽ negas quod pro Cyprio contenderim impetrare potuiſſe? nam iſtius verbi,

Quouſq;. Quouſq;, hęc poterat eſſe inuidia. Datus eſt tibi ille, cõdonatus ille, non facis finem, ferre non poſſumus. ei quidẽ qui pro vno laborarit, & ipſum id non obtinuerit, dici quouſq;, irridentis magis eſt, q̃ reprehendentis. niſi forte ego vnus ita me geſſi in iudiciis: ita & cũ his & inter hos vixi: is in cauſis patronus, is in Rep. ciuis & ſum & ſemper fui: ſolus vt a te conſtituar, qui nihil a iudicibus debeam vnq̃ impetrare,

Lachrymula. & mihi lachrymulam Cypriani iudicii obiectas. Sic enim dixiſti, Vidi ego tuam lachrymulã. Vide q̃ me verbi tui pœniteat, nõ modo lachrymulã, ſed multas lachrymas & fletũ cum ſingultu videre potuiſti.

Orationẽ de ſcripto dixit Cicero. Dicta de ſcripto eſt) id eſt legendo non memoriter pronũciata. Hoc autem Cicero dicit quo maior authoritas teſtimonio addatur. Ea eñ oratio vt habita eſt, ita pronunciata. Si eam ſcripſiſſet, poſtquam habuiſſet, Laterenſis negare potuiſſet, hanc tanti beneficii a Planco accepti mentionem tum habitam fuiſſe. Ego homo aſtutus) Ironia eſt. Teſtimonio ſempiterno) Quæ dicuntur fluxa, quæ ſcribuntur plerunq; vſu venit, vt ſempiterna ſint. Nolo) Inter ſempiterno & Nolo aſcribendum eſſe RECITA arbitror, vt Præconi dicat Cicero,

vt illud recitet ex ſua oratione in Senatu habita. Cuius mei ſenſus cer tiſſimus teſtis eſt hic idem, qui cuſtos capitis fuit, Cn. Plancus. Qui omnibus prouincialibus ornamentis commodiſq; depoſitis, totam ſuam Quæſturam in me ſuſtentando & conſeruando collocauit. Qui ſi mihi Quæſtor Imperatori fuiſſet, in filii loco fuiſſet. Nunc certe erit parentis, quum fuerit Quæſtor non Imperii, ſed doloris mei. Quæ a me mandata ſunt literis) id eſt ſcripta aliis in locis, vt in Epiſtolis.

Proferre videar ad tempus) Fortaſſe legendum ſit, proferre videar tempus. Quam conſuetudini iudiciorum) Nam genus dicendi foreſe vehemens eſt. Atq; etiam clamitas) Obiecit Ciceroni Laterenſis Cyprium ab eo defenſum condemnatum fuiſſe. Itaq; eius preces abſolutas eſſe. Vt iudicibus Ciceronem quodammodo in odium adducat, qui fruſtra iudices precibus fatiget. Vt etiam admoneat iudices, eos precibus Ciceronis pro Planci ſalute moueri non debere. Quouſq; ita dicis) Verbis aduerſarii proponit rem refutandam. Nihil in Cyprio profeciſti) id eſt te defendente Cyprius damnatus eſt. Abſolutę) id eſt exhauſtæ, nihil amplius habet momenti apud iudices. Obiicies) Melius obiicis, vt paulopoſt melius dicis q̃ dices ſcribatur. Quia te teſte cognoram) Laterenſis conſilio id ſe feciſſe dicit, quod nūc Laterenſis reprehendit. Contenderim) id eſt precibus poſtulauerim. Verbum p̄ dictione etiam indeclinabili.

Verbi) id eſt dictionis. Verbum pro dictione etiam indeclinabili dici attende. Authore Quintiliano libro primo verbum duo ſignificat primum ſignificat omnia, per quæ ſermo nectitur. Vt apud Horatium, Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur. Deinde, in quo eſt vna pars orationis, Lego, ſcribo. Quam vitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, voces, dictiones, locutiones. Datus eſt tibi ille) id eſt ille te deprecante abſolutus eſt. Dare reum dedere tradere & condonare eadem in re dici alio loco docuimus, pro eo videlicet, quod eſt dare ad voluntatem petitoris, vel vt abſoluatur, vel vt dānetur. Qui pro vno laborarit) vt ego pro Cyprio. Non obtinuerit) id eſt non impetrauerit. Irridentis eſt magis q̃ reprehendentis) Reprehenſioni Laterenſis authoritatem detrahit. Cum his) Iudicibus. Et mihi lachrymulam) Laterenſis, vt oſtenderet quanto animi affectu Cyprium Cicero defendiſſet, quum Cicero peroraret, eius lachrymulam ſe vidiſſe dixit. Verbi) id eſt quod lachrymulam dixeris. Cypriani iudicii) Ad quod Cyprius vocatus erat. Aliter apppellat Cicero pro A. Cluentio Iudicium Iunianum, cuius videlicet C. Iunius quæſitor erat. Nō modo lachrymulam) Lachrymula dicitur etiam a Terentio in Eunucho, Hæc verba vna me hercle falſa lachrymula. Quam oculos tergēdo miſera vix vi expreſſerit, Reſtinguet. Sed multas lachrymas &c.) Suadet Quintilianus libro. vi. de mouendis affectibus præcipiens, vt orator mouens affectus ſimilis ſit iis, qui vere potiuntur affectibus,

Dare reum

Iudicium Cyprianū.

Lachrymula.

& a tali animo proficiſcatur oratio, qualẽ iudicem facere volet. An, inquit, ille dolebit, qui audiet me, quum hoc dicam, non dolẽtem? iraſcetur, ſi nihil ipſe, qui in iram concitat, idq́ exigit, ſimile patietur? Siccis agens oculis lachrymas dabit? Fieri non poteſt. Nec incẽdit niſi ignis, nec madeſcimus niſi humore, nec res vlla dat alteri colorẽ, quem ipſa non habet. Primũ eſt igitur, vt apud nos valeant ea quę valere apud iudicem volumus, afficiaturq́, anteq̃ afficere conemur. Alibi quoq́ Cicero in mouẽdis affectibus lachrymas ſuas oſtendit. Vt actione in Verrẽ. Paulo ante iudices lachrymas in morte miſera atq́ indigniſſima Nauarchorum non tenebamus. Et recte & merito ſociorum innocentium miſeria cõmouebamur. Et pro Milone, Sed finis ſit. neq́ enim præ lachrymis iam loqui poſſum, & hic ſe lachrymis defendi vetat.

Ciceronis lachrymæ in mouendis affectibus.

An ego, qui meorum lachrymis me abſente cõmotus, ſi multates quas mec habebat depoſuiſſet, meęq́ ſalutis nõ modo non oppugnator (vt inimici mei putarant) ſed etiã defenſor fuiſſet, huius in periculo non dolorem meum ſignificarem? Tu autem Laterenſis, qui tum lachrymas meas gratas eſſe dicebas, nunc eaſdem vis inuidioſas videri. Negas Tribunatum Planci quicq̃ attuliſſe adiumenti dignitati meæ, atq́ hoc loco (quod veriſſime facere potes) L. Racilii fortiſſimi & conſtantiſſimi viri diuina in me merita commemoras: cui quidem ego, ſicut Planco, nunq̃ diſſimulaui me plurimum debere, ſemperq́ prę me feram. nullas enim ſibi ille neq́ contentiones, neq́ inimicitias, neq́ vitæ dimicationes, nec pro Repub. nec pro me defugiendas putauit. atq́ vtinam q̃ ego ſum in illum gratus, tam licuiſſet per hominum vim & iniuriam populi Romani ei gratiam referri. Sed ſi nõ eadem contendit in Tribunatu Plancus, exiſtimare debes, non huic voluntatem defuiſſe: ſed me, cum iam Planco deberem, M. Racilii beneficiis fuiſſe contentum. An vero putas iudices idcirco minus mea cauſa facturos, quòd me eſſe gra-

tum crimineris? an, cum populus Romanus illo Senatuſconſulto, quod in monimento Marii factum eſt, S.C. in monimento Marii de Cic. factū.

Simultates, quas mecū habebat) Vt pro A. Cluētio Qui cum matre habebat ſimultates. Habere & proſequi odio doctis quā cognita non ſint alio loco docuimus. Depoſuiſſet) Vt libro Epiſtolarum familiarium ſecundo, Ego Appium, vt ſæpe tecum locutuſſum, valde diligo, meq́ ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, vt ſimultatem depoſuimus, ſenſi. Deponere inimicitias dici in eadem re, alio loco docuimus. In periculo) id eſt in cauſæ dictione. Negas Tribunatū Planci) Duo a Laterenſe dicta proponit, vt ea ſimul refutet. Authore Quintiliano libro quinto plura ſimul refutamus, ſi tam infirma ſunt, vt pariter impelli poſſint: aut tam moleſta, vt pedem conferre cum ſingulis non expediat. Fit tamen fere vt ſingula refutentur. Negas Tribunatum Planci) Laterenſis vt oſtenderet Ciceronem temporis cauſa hæc de beneficiis a Planco acceptis finxiſſe, dixit Plancum, quum eſſet Tribunus plebis Ciceronis dignitati nihil attuliſſe adiumenti: quod tamen feciſſet, ſi Quæſtor tantum adiuuiſſet, propterea quod Tribuni plebis quam Quæſtoris maior ſit adiuuandi amicos facultas. Dixitq́ Lucium Racilium a Cicerone defenſum non eſſe, a quo maxima ipſe beneficia acceperat. Vt id ſignificaret, Si Planci cauſam ob tanta beneficia ſuſcepit, cur Lucium Racilium deſeruit? Ad vtrunque reſpondet. Diuina) id eſt maxima. Homines enim hominibus beneficia conferre poſſunt, ſed non tanta quanta dii ipſi. Itaque authore Cicerone in libro de Officiis ſecundo proxime & ſecundum deos homines hominibus maxime vtiles eſſe poſſunt. Sicut in Planco) Sicut Planco ſcribi oportet. Præ me feram) id eſt oſtendam, nec diſſimulabo. Vt pro Milone, Hunc præ ſe tuliſſe illo die Roma exiturum, illum eo die ſe diſſimulaſſe rediturum. Tam licuiſſet per hominum vim) Dicit cauſam, cur Racilium non defenderit, quia per hominum vim & populi Romani iniuriam non licuit. Ea autem Racilii cauſa quæ fuerit, cognitum non eſt. Marci Racilii beneficiis) Hunc in Tribunatu Planci collegam fuiſſe ſignificat. Fuiſſe contentum) More debitorum qui creditores magis onerare nolunt. Minus facturos) id eſt Plancum non abſoluturos. Quod in monumento Marii) Hoc Marii monumentum quod fuerit mihi cognitum non eſt. Templum tamen arbitror fuiſſe, in quo factum ſit hoc Senatuſconſultum. Senatum enim haberi non licebat in loco, qui augurio conſecratus non eſſet, vt alio loco docuimus.

Habere ſimultates.

Deponere ſimultates.

Præ me feram.

quo mea ſalus omnibus eſt gentibus cõmendata vni, Cn. Planco gratias egerit: vnus enim fuit de magiſtratibus defenſor ſalutis meæ: cui Senatus pro me gratias agendas putauit.ei ego a me referendam gratiam non putem? Atqui eum cum vides, quo me tandem animo in te putas eſſe Laterenſis? vllum eſſe tantum periculum? tantũ laborem? tantam contentionem? quam ego non modo pro ſalute tua, ſed etiam pro dignitate defugerẽ? Quo quidẽ etiam magis ſum non dicam miſer (natura quidem abhorret a virtute verbi) ſed certe exercitus, non quia multis debeo (leue enim onus beneficii gratia) ſed quia ſępe concurrit. propter aliquorum de me meritorũ inter ipſos contentiones, vt eodem tempore in omnes, verear, ne vix poſſim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolũ quid cuiq; debeã, ſed etiã quid cuiuſq; interſit & qd a me cuiuſq; tẽpus poſcat. Agitur ſtudium tuũ, vel etiã, ſi vis, exiſtimatio, laus, Aedilitas. At Cn. Plãci ſalus, patria, fortunæ. Saluum tu me eſſe cupiſti. hic fecit etiã vt eſſe poſſem. diſtineor tamẽ & diuellor dolore & in cauſa diſpari offendi te a mẽ doleo. ſed mediuſfidius multo citius meã ſalutem pro te obiecero, q̃ Cn. Planci ſalutẽ tradidero contentioni tuæ. Etenim Iudices cũ omnibus virtutibus me affectũ eſſe cupiam, †tamen nihil eſt quod malim, q̃ me & gratũ eſſe & videri. hæc eſt enim vna virtus non ſolum maxima: ſed etiã mater virtutũ omniũ reliquarum. Quid eſt pietas? niſi volũtas grata in parentes? Qui ſunt boni ciues? q belli, qui domi de patria bene merentes? niſi qui patrię beneficia meminerunt? Qui ſancti? qui religionũ colentes? niſi qui meritã diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt?

Miſer
Exercitus.
Beneficii gratia on⁹ leue.

Ponderib⁹ meis examinabo.

†tum

Gratitudo
Pietas.
Meminerũt bñficia
Colentes religionũ.

Quo mea ſalus) Factum eſt Senatuſconſultum, quo literis Conſularibus Ciceronis ſalus exteris nationibus, legatis, & magiſtratibus populi Romani comendata eſt, vt idem Cicero ſcripſit pro P. Seſtio, & in L. Piſonem. Atqui reum quum vides) cui ego tantum obligatus ſum ob maxima ab eo accepta beneficia. Tantam contentionem) id eſt tantas inimicitias. Natura quidem abhorret a virtute verbi) Miſeria enim contra naturam eſt, quam Erebo & Nocte natam eſſe ferũt, vt ait Cicero in libro de natura deorum tertio. Donatus in commentariis in Hecyrã Terẽtii miſerũ eſſe negat, niſi qui innocẽs ſit. Vt apud Salluſtium, Atq; ea cogẽtes non coactos, ſceleſtos magis q̃ miſeros diſtringi. Cicero actione in Verrẽ tertia, Ille miſer quum eſſet, tum proditione iſtius nefaria, tũ improbo & falſo eiuſdẽ teſtimonio, tũ multo ex maxima parte iſtius furtorũ ac flagitiorũ inuidia cõflagrauit. Hunc locũ exponẽs Aſconius, Miſerũ, inquit, pro innocente Tullius ponit. Sic alibi, Et erũt, qui illũ, ſi hoc fecerit, nõ ĩprobũ ſed miſerũ &c. Exercitus) .i. ſatis exagitatus. Vt apud Virg. lib. Aeneid. v. Nate Iliacis exercite fatis. Leue enim onus) Ordo eſt. Gratia beneficii eſt onus leue. Concurrit) .i. Cõtingit. Hoc meis ponderibus examinabo) .i. hoc apud me põderabo. Meis põderibus) .i. certo & iuſto examine. Vſu ſępe venit, vt improbi mercatores leuioribus põderibus vẽditã rem tradãt, emptam accipiãt grauioribus. Qui autẽ his tradunt, aut ab his accipiũt, quo ſint æquiores, & minus fallãtur, ſuis põderibus rẽ examinãt .i. ponderant. Agitur ſtudium tuũ) Suis tanq̃ ponderibus examinat quid Laterenſis & Plãci interſit, & quid a ſe tẽpus vtriuſq; poſcat. Salus, patria, fortunę) quę amittet Plãcus, ſi dãnetur. Hęc ſunt grauiora, q̃ Laterenſis exiſtimatio. Laus) Aedilitas. Diſtineor & diuellor dolore) .i. doleo maxime. In cauſa diſpari) .i. in Plãci defenſione, quẽ tu accuſas. Tradidero cõtentioni tuę) .i. deſeruero, & indefenſũ reliquero. Etem iudices) Cõmunẽ locum tractat de gratitudine, vt ſuũ officiũ probet iudicibus, vt etiam oſtẽdat nimis ſe gratũ eſſe nõ poſſe, vt aduerſarii dixerãt. Mater virtutũ omniũ) vt gratitudo mater eſt virtutũ omnium, ita ingratitudo mater vitiorũ eſt. Itaq; illud Menãdri eſt quod Latine Auſonius vertit, Ingrato homine terra nil peius creat. Dixeris maledicta cuncta, inquit Publius Syrus, quum ingratũ dixeris. De gratitudine multa ſunt apud Ciceronẽ in libro de Officiis primo, Vbi negat vllum officium referẽda gratia magis eſſe neceſſariũ. Belli) .i. in bello. Domi) .i. in pace Remp. bene adminiſtrando. Memori mente) .i. gratia. Memori tãtum in ablatiuo dici Priſcianus libro. vii. hunc locũ citãs dicit, Quia veteres dixerũt hic & hæc memoris & hoc memore. Gratum perſoluunt) Vt officium perſoluere dixit in oratione poſt reditum ad Quirites, In officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt.

Miſeria cõtra naturã.

Exercitus.

Ingratitudo & gratitudo.

Memori.

Perſoluere gratiam & beneficiũ.

Amicitiæ. Quæ poteſt eſſe iucunditas vitæ, ſublatis amicitiis? Quę porro amicitia poteſt eſſe inter ingratos? Quis eſt noſtrũ liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atq; doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipſe altus aut doctus eſt, cum grata recordatione in mẽte verſetur? Cuius opes tantæ eſſe poſſunt, aut vnq̃ fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſint? quę certe ſublata memoria & gratia, nulla extare poſſunt. Equidem nil tam proprium hominis exiſtimo, q̃ non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, q̃ committere, vt beneficio non dicã indignus, ſed victus eſſe videare. Quæ cum ita ſint, iam ſuccumbam Laterenſis iſti tuæ orationi: in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum eſſe cõcedam: petamq; a vobis iudices, vt eum beneficio complectamini, quem, qui reprehenderit, in eo reprehendit, q gratum præter modum dicat eſſe. Neq; enim ad negligẽdam meam gratiam debet valere, quod dixit idem, vos nec nocentes, nec litigioſos eſſe, quo minus me apud vos valere oportet. quaſi vero in amicitia mea non hæc præſidia (ſi qua forte ſunt in me) parata ſemper amicis eſſe maluerim, q̃ neceſſaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus q̃ pręſidio fuiſſe: meq; vehementer vitæ meæ pœniteret, ſi in mea familiaritate locus eſſet nemini niſi litigioſo aut nocenti.

Hominis proprium.

Nihil nimium eſſe poteſt in gratia referẽda

Amicitia. Sublatis amicitiis) Cicero in libro de amicitia, Solem, inquit, e mũdo tollere videtur, qui amicitiam e vita tolunt, qua a diis immortalibus nihil habemus melius, nihil iucũdius. Epicurus, vt idem ait libro de Finibus primo omnium rerum, quas ad beate viuẽdum ſapientia cõ

parauerit,nihil eſſe mai⁹ amicitia dixit, nihil vberius,nihil iucũdius.

Liberaliter) id eſt honeſte. Cuius opes tantæ eſſe poſſunt) Potenti & beato homini multorum amicitiam inutilem eſſe nonnulli putauerunt,illud dicentes,Fortuna quum bona eſt,amicis cur opus? Abſurdum autem eſſe beato homini quũ omnia tribuas,amicos ipſi non tribuere,quod externorum bonorum maximum eſſe videtur Ariſtoteles dicit in libro Ethicorum.ix. Vbi ipſe altus) Priſcianus libro.x. ſcribens vti alo habeat ſupinum altum & alitum hunc locum citat. Quæ) officia amicorum. Non dicam indignus) Refertur ad hoc, nõ modo beneficio. Sed victus) Ingratus homo beneficio victus eſt.Succumbam orationi tuę)id eſt orationi tuæ parebo,tanq̃ ab ea victus.i. quod dicis fatebor. In eo ipſo) .i. in gratitudine.In eo ipſo,in quo nihil poteſt eſſe nimium.Nonnulla per ſe honeſta ſunt,quibus adhibendus eſt modus quidam neceſſarius:extra quem honeſta eſſe deſinunt. Alia autẽ ſunt,quæ nullis finibus cohibẽtur,ſed quanto maiora auctioraq; ſunt,tanto ſunt laudatiora.Hinc vinoſum,mulieroſũ,verboſum, moroſum,famoſum in malã rem,ingenioſum,formoſum,ſpecioſum, officioſum in bonã dici,A. Gellius cap.ix. libri quarti exiſtimat. Eũ beneficio complectamini) .i.me beneficio afficiatis. Id autem facietis, ſi Plancum abſolueritis. Ad negligendam meam gratiam) .i.ad reuocandum vos,quo minus beneficio me complectamini.Vos nec nocẽtes nec litigioſos eſſe)Illud ſignificabat Laterẽſis eos qui patrocinio indigerẽt Ciceronis gratiã optare debere, vt ab eo defenderẽtur. Huius autẽ modi ſunt nocẽtes & litigioſi,quales nõ ſunt iudices.Itaq; Ciceronis gratiã iudicibus negligendã Laterẽſis dixerat. Neq; nocẽtes neq; litigioſos) Iudiciorum enim duo genera ſunt,in quibus oratoris induſtria verſatur, vnum publicum, in quo nocentium cauſæ, alterũ priuatum,in quo litigioſorum controuerſiæ aguntur.Hoc autem loco litigioſus dicitur is,qui in priuato iudicio litem habet,vnde petitur, qui reus dicitur.Alioqui dicitur litigioſus,qui frequens in litibus verſatur,ſiue petat,ſiue defendat. Proceſſiuus homo vulgo dicitur. Cicero libro de Oratore primo,Quod ſi iam hoc facere non poteris,aut noles,vereris,ne tua domus talis & viri & ciuis,ſi a litigioſis hominibus non colatur,a cæteris deſeratur?Defenſorem litigioſum idem appellat in oratione pro A. Cecinna, Quam perſonam iam ex quotidiana cognoſcitis vita recuperatores,mulierum aſſentatoris,cognitoris viduarum,defenſoris nimiũ litigioſi. Quo minus) Quia nec nocentes nec litigioſi eſſetis. Pręſidia) .i.patrocinia. Parata ſemper amicis &c)Ciceronis patrocinia amicis parata erãt q̃uis non indigerẽt, iis autẽ qui rei facti erant,erant,neceſſaria.Malebat igitur amicos ſuo nõ indigere patrocinio,quam reos eſſe factos. Pręſidio) .i.patrocinio.i. plures me habuiſſe amicos,qui cauſam non dixerint,q̃ quos ego defenderim.

Litigioſus.

Sed hoc neſcio quo modo frequenter in me congeſſiſti:ſa neq; in eo creber fuiſti,te idcirco in locos cauſam coniice- re noluiſſe,ne ego mea conſuetudine aliquid de tenſis,mi- ſericordiæ cauſa, dicerem,quod in aliis Aedilibus ante fe ciſſem.Non nihil egiſti hoc loco.nam mihi eripuiſti orna mentum orationis meæ.deridebor ſi mentionem tenſarũ fecero,cum tu id prædixeris:ſine tenſis autem quid pote- ro dicere?Hic etiam addidiſti me idcirco mea lege ex illo ambitu traxiſſe,vt miſerabiliores epilogos poſſem dice- re.non vobis videor cum aliquo declamatore, non cauſa laboris & fori diſputare?Rhodi enim,inquit, non fui: me vult fuiſſe.Sed fui,inquit,putabam in † Vaceis dicturũ, bis in Bithynia.ſi locus habet reprehenſionis anſam ali- quam,neſcio cur ſeueriorem Niceam putes, q̃ Rhodum. ſi ſpectanda cauſa eſt & tu in Bithynia ſumma cum di- gnitate fuiſti,& ego Rhodi non minore.

Loci. Tenſę. Epilogi. † Niceis. Anſa repre henſionis.

Congeſſiſti) a congerendo,vel coniecisti a coniiciendo. Creber) id eſt frequens & prolixus. In locos) Aut comunes locos intelligit, aut locos expatiandi cauſa voluptatis,quorum naturalis quædã vbertas eſt,vt eſt apud Quintilianũ libro quarto. Mea cõſuetudine)Vel quod in aliis Aedilibus antea feciſſem,vel quod expatiari ſolituſſim,quum reſpondeo iis,in quibus aduerſarius expatiatus eſt. Aliquid de tenſis) Thenſas eſſe ſacra vehicula Aſconius tradit,quas alii a diuinitate dictas putant,alii quod ante ipſas lora tenduntur,quæ gaudẽt manu tenere & tangere qui ea deducunt.Vt de equo ligneo Virgilius libro Aeneid.ſecundo,Funemq; manu contingere gaudẽt.Seruius exponens illud ex libro virgilii primo Aeneid.Hic illius arma,Hic currus fuit.Currus,inquit,aut vere currus,quo ipſa in cęlo vtitur,vel thẽſa,quę dicitur a θεῖος,id eſt a re diuina,& eſt qua deorum ſimulacra portãtur. Miſericordię cauſa) id eſt ad mouendam iudicibus miſericordiam.Quod in aliis Aedilibus) Alios Aediles a ſe de ambitu defenſos ſignificat.Nonnihil egiſti hoc loco) id eſt aliquid profeciſti.Ironia eſt. Authore Quintiliano libro quinto,Quidam contradictione non contenti,totos etiam locos explicãt. Scire ſe hoc dicturos aduerſarios, &

Thenſæ.

ita perſecuturos.Quod factum Vibius Criſpus vir ingenij iucundi & elegantis venuſte eluſit. Ego vero, inquit, iſta non dico. Quid enim attinet illa bis dici? Simile eſt illud pro A. Cluentio, Exiſtimaſti me cauſam A.Cluentij non facto eius,ſed lege defenſurum.Nam hoc perſæpe dixiſti,tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſam hāc præſidio legis defendere.Ita ne eſt? Ab amicis videlicet imprudentes prodimur? Et eſt neſcio quis de his,quos amicos nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferat? Quiſnam tibi hoc renunciauit? Quis tam improbus fuit? Cui autem ego narraui?Nemo,vt opinor, in culpa eſt, ſed nimium tibi iſtuc lex ipſa renunciauit. Huiuſmodi igitur occupationes accuſatori ſunt vitandæ. Ornamentū) quod hæc egreſſio & theſaurum tractatio meæ orationi allatura erat. Quid potero dicere) in Ironia perſiſtit. Me icirco mea lege) Hoc illum,vt arbitror, habet intellectum,vt dixerit Laterenſis Ciceronem traduxiſſe materiam de ambitu ad animi gratitudinem, vt maius argumentum mouendi affectus haberet. Mea lege) id eſt meo more, quem obſeruo perpetuo.Id vt ita intelligatur videtur melius q̄ vt referatur ad legem Ciceronis de ambitu. de qua pro L. Murena plura. Traxiſſe) id eſt corripuiſſe, vel traduxiſſe. Non quod Cicero ante traxerit:quam Laterenſis diceret, ſed quod iam Cicero traxerit,quum id propoſuit. Epilogos) Concluſiones apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, vt eſt in libro Rhetoricorum ad Herēniū ſecūdo. In concluſionibus autem magis q̄ in vlla parte orationis mouentur affectus. Non vobis videor) Refutat quod Laterenſis obiecerat. Cū aliquo declamatore) Authore Quintiliano multis in locis declamatores ad auditorum voluptatem cauſas agunt,nec ſpectant declamationes veras eſſe orationum forenſium imagines, quarum orationum vtilitas maxime ſpectāda ſit. Se igitur ſecutum ſignificat quod cauſæ vtile eſſet. Cauſa laboris & fori) non cauſa Planci. Rhodi enim,inquit,non fui) Vt Murenæ Sulpitius, quod in Aſia fuerit, ita Ciceroni obiecit Laterēſis quod fuerit Rhodi.Cicero enim poſtq̄ Sex. Roſcium defendit, Athenas venit.inde Aſiam totam peragrauit.poſtremo Rhodum venit,ſeque ad eundem,quem Romæ audiuerat,Molonem applicauit.vt idem ſcribit fuſius de Claris Oratoribus,& Plutarchus in eius vita.Enim particula incœptiua eſt pro præterea, in qua re nam ſæpe dicitur. In Vaceis) In aliis codicibus Niceis ſcriptum eſt. Quid autē ſi Nicææ legas. Eſt autē Nicea vrbs in Bithynia. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam) id eſt ſi quis ob locū in quo fuit reprehēdi debet. Seueriorem) quod in ea ſeuerius viuatur,& minus voluptati indulgeatur.

Cicero fuit Rhodi.

Enim.

Nicea.

Nam ꝙ in eo me reprehendiſti, ꝙ nimiū multos defen-

derim, vtinam & tu, qui potes & cæteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc leuare: ſed ſit veſtra diligentia, qui in cauſis ponderandis omnes fere repudiatis, vt ad nos pleræq; confluant, qui miſeris & laborantibus nihil negare poſſumus. Admonuiſti etiam, ꝙ in Creta fuiſſes, dictum aliquid in petitione tua dici potuiſſe, me id perdidiſſe. Vter igitur noſtrum eſt cupidior dicti? ego ne, qui quod dici potuit, non dixerim? an tu, qui etiam ipſe in te dixeris? te aiebas de tuis rebus geſtis nullas literas miſiſſe, ꝙ mihi meæ, quas ad aliquem miſiſſem, obfuiſſent, quas ego mihi obfuiſſe non intelligo, Reipublicæ video prodeſſe potuiſſe. Sed ſunt hæc leuiora: illa vero grauiora atque magna, ꝙ meum diſceſſum, quem ſæpe defleras, nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. Dixiſti enim non auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. Ego vero fateor mehercule ꝙ viderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio pepercisse. Quis enim ſtatus, quod diſcrimen, quæ fuerit in Republica tempeſtas illa, quis neſcit? tribunitius me terror, an Conſularis furor mouit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego florentes atq; integros ſine ferro viceram? Conſules poſt hominũ memoriã teterrimi atq; turpiſſimi, ſicut & illa principia & hi recentes rerum exitus declarãt: quorũ alter exercitum perdidit, alter vendidit,

Non auxiliũ mihi, ſed me auxilio defuiſſe.

Qui potes) multos defendere. Qui defugiunt) multos defendere: Ponderãdis) id eſt examinandis, vt ſolum aut faciles, aut vobis vtiles ſuſcipiatis. Me id perdidiſſe) id eſt nõ dixiſſe, Id autem quod fuerit ignotum eſt. De tuis rebus geſtis) Vſitatius id dicitur, q̃ de rebus a te geſtis. Quas ad aliquem miſiſſem) Id fortaſſe fuit, quum Cicero in Sicilia Quæſtor erat. Nunc) id eſt modo, quod rarius dicitur, quũ

Geſtæ tuæ res, & res a te geſtæ.

Nunc pro modo.

ſit nunc præſentis temporis. Quaſi reprehendere) Laterenſem parum conſtantẽ eſſe oſtendit. Auxilio peperciſſe) id eſt auxilio mihi oblato vti noluiſſe. Cicero pro Clodio fuit amiciſſimus, quę cauſa odij inter eos fuerit, eſt apud Plutarchum in vita Ciceronis, quo in loco ſcribit P. Clodium Tribunum pl. fuiſſe admodum popularem: ab eo Ciceronem vocatum in iudicium, contra quem Cæſar teſtatus ſit, cõtra fas atque maiorum leges Lẽtulum, Cethegum, cæteroſque abſque iudicio damnatos cæſos eſſe. Ciceronem reum veſtem mutaſſe, eoque adductum eſſe, vt aut exulem eum fieri, aut ferro decernere oporteret. Lucullum hortatum vt maneret, & ferro decerneret, alios, vt furori cederet. De hac Ciceronis cauſa, de P. Clodij Tribuni pleb. de A. Gabinii & L. Piſonis Coſs. odio in Ciceronem & vitiis multa legere licet in Ciceronis Orationibus pro P. Seſtio, pro domo ſua, de prouincijs Cõſularibus, & in L. Piſonem. Quis enim ſtatus) Probat Cicero ſe auxilio vti noluiſſe vt ferro decerneret, non quod Clodium aut Gabinium aut Piſonem metueret, ſed quod Reipublicæ ſtatus in diſcrimine verſaretur. Itaque timuerit, ne ipſe qui in opprimenda coniuratione Catilinę bonos ciues Remque publicam ſeruauerat, alicuius incõmodi cauſam afferret. Tribunitius) id eſt Publii Clodii Tribuni plebis. Conſularis furor) Auli Gabinij & Lucij Piſonis. Mouit) id eſt terruit. Decertare mihi ferro) Argumentum eſt a facilioribus. Eorum) coniuratorum. Conſules poſt hominum memoriam) Primo oſtendit. Poſt hominum memoriam teterrimi) Poſt hominũ memoriam & poſt homines natos, & poſt natum genus hominum ſæpe dici ad augmentum ſuperlatiui, idque ſignificare quod vulgo dicunt a creatione mundi alio loco docuimus, vt in Oratione pro domo ſua Cicero dicit de Aulo Gabinio, Quis homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo illam opimam fertilemq; Syriam dedit? Paulo poſt ſine ſuperlatiuo ponit qui inimici ſui, deinde qui amici, vt probet ferro decernendum non fuiſſe, & ſe iuſta de cauſa auxilio peperciſſe. Illa principia) Conſulatus eorum. Alter exercitum perdidit) Cicero in Oratione de prouinciis Conſularibus de Lucio Piſone verba faciens, Iam vero, inquit, exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione collectus, omnis interijt. Fuit autem in Macedonia Piſonis prouincia a Thracibus interemptus. Alter vendidit) Idem in eadem Oratione de A. Gabinio, An vero, inquit, in Syria diutius eſt Semiramis illa rotunda? Cuius iter in prouinciam fuit eiuſmodi, vt Rex Ariobarzanes Conſulem veſtrũ ad cædem faciendã tanq̃ aliquẽ Thracũ cõduceret. Deinde aduentus in Syriã primus, equitatus habuit interitum. Poſt conciſæ ſunt optimæ cohortes. Igitur in Syria Imperatore illo,

Cicero amicus Clodij.

Cicero vocatus ad iudicium.

Poſt hominũ memoria teterrimi.

nihil aliud actum eſt,niſi pactiones pecuniarum cum Tyrannis,deciſiones,direptiones.latrocinia,cædes:quum palam populi Ro.Imperator inſtructo exercitu dextrã tendens non ad laudem milites hortaretur,ſed omnia ſibi & empta & emenda eſſe clamaret.

emptis prouinciis a Senatu a Rep.a bonis oib9 defecerãt: qui exercitibus,qui armis,qui opibus plurimum poterãt: cum quid †ſentirẽt,neſciretur:furialis illa vox nefariis ſtupris,religioſis altaribus effœminata,ſecum & illos & Cõſules facere acerbiſſime perſonabat:egẽtes in locupletes; perditi in bonos,ſerui in dominos,armabãtur:aderat mecum Senatus,& quidem veſte mutata,quod pro me vno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptũ eſt. Sed recordare qui tum fuerint Conſulum nomine hoſtes, qui ſoli in hac vrbe Senatũ Senatui parere nõ ſiuerint,edictoq; ſuo nõ luctũ Patribus cõſcriptis, ſed luctus indicia ademerint.aderat mecũ cũctus equeſter ordo, quẽ quidẽ in cõcionibus ſaltator ille Catilinæ Cõſul, proſcriptionis denũciatione terrebat.at tota Italia cõuenerat,cui qdẽ belli inteſtini & vaſtitatis metus inferebat᷑.hiſce ego auxiliis

†ſentirem. Vox effœminata religioſis altaribus.

Prouinciȩ decretæ & ſortitæ.

Emptis prouinciis) a P. Clodio, quas tamen Senatus decernere ſolebat:quæ prætoriæ,quæ Conſulares eſſent,poſtea fiebat ſortitio. Qui exercitibus &c) Cn.Pompeium,C.Cæſarem,M.Craſſum intelligit. Id planius dicit pro P.Seſtio,Me,inquit,illa mouerunt.Omnibus in concionibus illa furia clamabat,ſe quæ faceret contra ſalutem meam, facere authore Cn.Pompeio clariſſimo viro,mihiq; & nunc,& quoad licuit amiciſſimo.M.Craſſus,quo cum mihi erant omnes amicitiæ neceſſitudines,vir fortiſſimus,ab eadem illa peſte infeſtiſſimus eſſe meis fortunis prædicabatur.C.Cæſar,qui a me nullo meo merito alienus eſſe debebat,inimiciſſimus eſſe meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebatur.His ſe tribus authoribus in conſiliis capiendis,adiutoribus in re gerenda, eſſe vſurum dicebat: ex quibus vnum habere exercitum maximum in Italia, duos, qui priuati eſſent, & præeſſent, & pararent ſi vellent exercitum,idq; facturos eſſe,dicebat.Quum quid

ſentirent) Sentirem, non, ſentirent, vt in codicibus aliis ſcriptum, legendum eſſe ignotum non eſt. Furialis illa vox) P. Clodii. Nefariis ſtupris) Nam cum tribus ſororibus P. Clodius concubuit, vt eſt apud Plutarchum in vita Ciceronis. Religioſis altaribus effœminata) Nam in ſacris bonæ deæ P. Clodius habitu muliebri deprehenſus eſt, ad quæ viris accedere omnino non licebat. Secum facere) id eſt eſſe pro ſe, eorumq; auxilio & conſilio vti. Vt pro P. Sylla Lucium Caſſium dixerunt commemoraſſe cum cæteris Antronium ſecum facere. Pro A. Cæcinna, Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebantur. Item, Verba ipſa ſponſionis facerent mecum. Itemq;, Authoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. Publico conſilio) id eſt ex Senatus ſententia. In oratione pro P. Seſtio, Vir, inquit, incredibili fide, magnitudine animi L. Mummius ad Senatum de Republica retulit. Senatusq; frequens veſtem pro mea ſalute mutandam cenſuit. Et paulo poſt, Quid quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius, quàm pro me vno ciue & bonos omnes priuato conſenſu, & vniuerſum Senatum publico conſilio mutaſſe veſtem? Quæ quidem tum mutatio non deprecationis cauſa eſt facta, ſed luctus. Quem enim deprecarentur quum omnes eſſent ſordidati? Cũq; hoc ſatis eſſet ſigni eſſe improbum, qui mutatâ veſte non eſſet? Et in oratione poſt reditum ad Quirites, Pro me præſente Senatus, hominumq; præterea viginti millia veſtem mutauerunt. Conſulum nomine) id eſt quia Conſules erant. Senatui) id eſt Senatuſconſulto. Vt in Lucium Piſonem de A. Gabinio, Omitto, inquit, illud Conſulem edicere, vt Senatus Senatuſconſulto ne optemperet, quo fœdidius nec fieri, nec cogitari quicquam poteſt. Et paulo poſt de eodem, Edicere eſt auſus cum illo ſuo pari, quem tamen omnibus vitiis ſuperare cupiebat, vt Senatus contra quam ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret. Quis hoc facit vlla in Scythia Tyrannus, vt eos quos luctu afficeret, lugere non ſineret? Mœrorẽ relinquis, mœroris aufers inſignia. Eripis lachrymas non conſolando, ſed minãdo. Luctus indicia) i. veſtis mutationem. In concionibus) ad populum Ro. Saltator) Saltare Romę fuiſſe turpe pro L. Murena ſcripſimus, Gabinium ſaltatricem tonſam appellat in oratione in L. Piſonem. Catilinæ) quod Catilinam ſaltando delectauerat. Proſcriptionis denunciatione) .i. minatione. In oratione pro P. Seſtio de hac Gabinii concione loquens, Equites, inquit, Romanos dicebat daturos illius diei pœnas, qui me Conſulem cum gladiis in Capitolium duci feciſſent. Veniſſe tempus iis, qui in timore fuiſſent, coniuratis videlicet dicebat vlciſcendis. Inferebatur) oratione Gabinii. Auxiliis) id eſt auxiliaribus, vt iudicia pro iudicibus, ſeruitia pro ſeruis, miniſteria pro miniſtris ſæpe dicimus.

Clodii inceſtus.

Facit mecum.

Auxilia pro auxiliarib.

ſtudentibus atque incitatis vti me Laterenſis potuiſſe confiteor: ſed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. nam profecto, præſertim tam bona in cauſa, nunq̃ quo cæteri abũdarunt, id mihi ipſum auxilium defuiſſet. armis fuit, armis inquam fuit dimicandũ. quibus a ſeruis, atq; a ſeruorum ducibus cædem fieri Senatus & bonorum, Reipub. exitioſum fuiſſet. vinci autem improbos a bonis, fateor fuiſſe præclarum, ſi finem eum vincendi viderem, quem profecto non videbã. Vbi enim præſto fuiſſet mihi aut tã fortis Conſul, q̃ L. Opimius? q̃ C. Marius? q̃ L. Flaccus? quibus ducibus improbos ciues Resp. vicit armatis, aut ſi minus fortes, attamẽ tam iuſti, q̃ P. Mutius: qui arma, quę priuatus P. Scipio ſumpſerat, ea Tib. Graccho interẽpto iure optimo ſumpta eſſe defendit? Eſſet igitur pugnandum cum Conſulibus. nihil amplius dico, niſi illud, Victoriæ noſtrę graues aduerſarios paratos, irſteritus nullos vltores eſſe videbã. Hiſce ego auxiliis ſalutis meę, ſi idcirco defui, quia nolui dimicare, fatebor id quod vis, non mihi auxilium, ſed me auxilio defuiſſe. Sin autem quo maiora ſtudia in me bonorum fuerunt, hoc his magis conſulendum & parcendum putaui, tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum eſt, hodieque eſt & ſemper erit maximę gloriæ. quem, vt potes ex multis audire, qui tum affuerũt, inuictiſſimis viris, conſtat bonis ceſſiſſe, nec fuiſſe dubium, quin cõtentione & armis ſuperior poſſet eſſe. Ergo ille cum ſuum, non cum Senatus factum defenderet: cum perſeuerantiam ſententiæ ſuæ, non ſalutem Reipub. retinuiſſet: tamen ob illam conſtantiam, qua illud voluntarium vulnus accepit, iuſtiſſimo omnium Metellorum & clariſſi-

Decertandum diſceptandum.

mos triumphos gloriæ laude ſuperauit, quòd & illos ipſos improbiſſimos ciues interfici noluit: & ne quis bonus interiret, in eadem cæde prouidit: ego tantis periculis propoſitis, cum ſi victus eſſem, interitus Reipublicæ: ſi viciſſem, infinita dimicatio pareretur:

Studentibus) id eſt mihi fauentibus. Incitatis) vt ſalutem meam tutarentur. Non diſceptando) id eſt nõ verbis. Authore Cicerone libro de Officiis primo duo ſunt genera decertãdi, vnũ per diſceptationem, alterum per vim: quumq; illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti non licet ſuperiore. Defuiſſet) ſi diſceptando decertandum fuiſſet. Quibus) armis. Si finem eum vincendi viderem) id eſt ſi viderem fore vt improbi a nobis vincerentur. Quam L. Opimius) In atroci negocio Senatus mandabat Conſulibus, vt viderent ne quid Reſpub. detrimenti caperet. Tum Cõſules populum ad arma conuocabant, & cum improbis ciuibus & ſeditioſis decertabatur. L. Opimium cum C. Graccho Plutarchus in vita Gracchorum. & C. Marium cum L. Saturnino Cicero pro C. Rabirio ſic depugnaſſe ſcribunt. Tale quid poſt hos L. Flaccum Conſulem feciſſe legere non memini. Quæ priuatus P. Scipio) P. Scipio Naſica priuatus Tyberium Gracchum ſeditioſum Tribunum pl. interfecit. vt amplius ſcripſit Plutarchus in vita Gracchorum. Graues aduerſarios) qui me vocaſſent in iudicium imminutę maieſtatis, quod cum Cõſulibus pugnaſſem. Interitus) .i. ſi in ea pugna interiſſem. Quod Q. Metello) Q. Metellus Numidicus in leges L. Saturnini ſeditioſi Trib. pl. iurare noluit. Iccirco ei Saturninus aqua igni atq; tecto interdixit. Metellus optimis viris ad ſe concurrentibus non permiſit ſua cauſa ſeditionem exoriri. Itaq; in volũtarium exilium abiẽs Rhodum profectus eſt. De eo plura legere licet apud Appianum libro bellorum ciuilium primo. & apud Plutarchum in vita C. Marii. Quum ſuum, non quum Senatus factum defenderet) Omnes enim Senatores præter Metellum in Saturnini leges coacti iurauerunt. A minore ad maius. oſtendit Cicero ſe aſſecutum maiorem gloriam q̃ Metellum. Ob illam quod illud voluntarium) In codicibus aliis melius ſcriptum eſt. ob illam conſtantiam, qua voluntarium &c. Vulnus) id eſt exilium. Accipere vulnus dici alio loco docuimus. Clariſſimos triumphos) Multi Metelli non modo triumphauerunt, ſed etiam ex deuictis nationibus cognomina reportauerũt. Vt Macedonicus, Numidicus, Dalmaticus, Balearicus, Creticus. Interitus Reip.) Nam mecum omnes boni victi eſſent. Itaq; in Rep. improbi dominarentur.

Metelli exilium.

Metellorũ laus.

committerem, vt idem perditor Reip. nominarer, qui ſeruator fuiſſem? Mortẽ me timuiſſe dicis. ego vero ne immortalitatẽ quidẽ cõtra Rẽpublicã accipiendã putarem: nedũ emori cũ pernicie Reipublicę vellem. nam qui pro Rep. vitã reddiderunt (licet me deſipere dicatis) nunq̃ mehercule eos mortẽ potius, q̃ immortalitatẽ aſſequutos putaui. Ego vero ſi tum illorum impiorũ ferro ac manu concidiſſem, in perpetuũ Reſp. ciuile præſidiũ ſalutis ſuę perdidiſſet. Quin etiã ſi me vis aliqua morbi aut natura ipſa conſumpſiſſet: tamen auxilia poſteritatis eſſent imminuta, ꝙ peremptũ eſſet mea morte id exemplũ, qualis futurus in me retinendo fuiſſet Senatus populusqꝫ Romanus. An ſi vnq̃ in me vitę cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei Conſulatus omniũ parricidarũ tela commoſſem? quę ſi viginti quieſſem dies, in aliorũ †vigiliam Conſulũ recidiſſent? Quamobrẽ ſi vitæ cupiditas cõtra Remp. eſt turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuiſſet cũ pernicie ciuitatis. Nam ꝙ te in Rep. liberũ eſſe gloriatus es, id ego, & fateor, & lętor, & tibi etiam in hoc gratulor: ꝙ me autẽ negaſti, in eo neqꝫ te, neqꝫ quẽq̃ diutius patiar errare. Nã ſi quis idcirco aliquid de libertate mea diminutũ putat, ꝙ non ab omnibus eiſdẽ, a quibus antea ſolitus ſum diſſentire, diſſentiã: primũ ſi bene de me meritis gratũ me præbeo, non deſino incurrere in crimen hominis nimiũ memoris, nimiũqꝫ grati. Sin autẽ ſine vllo Reipublicæ detrimento reſpicio etiã aliquando ſalutẽ tum meã, tum meorũ, certe non modo non ſum reprehendendus, ſed etiã ſi ruere vellem, boni viri me vt id ne facerẽ, rogarent. Res vero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret mecũ vt quoniã ſibi ſeruiſſem ſemper, nunq̃ mihi

Reddere vitã pro Repub.

Cõmoſſem Quieſſem. †iugulum. Vitæ cupiditas cõtra Rempub. turpis.

fructus autem ex ſeſe non vt oportuiſſet lętos & vberes, ſed magna acerbitate permixtos tuliſſem, vt iam mihi ſeruirem, conſulerem meis, ſe non modo ſatis habere a me, ſed etiam vereri. ne parum mihi, pro eo quod tum a me haberet, reddidiſſet.

Committerem) id eſt facerem. Qua in re dici ſolet in negatione & in interrogatione. In perpetuũ Reſp. &c.) id eſt nullus in poſterum vnq̃ meo exemplo doctus Rempublicam in periculis domeſticis & inteſtinis adiuuare voluiſſet. Qualis futurus in me retinendo) Nam ſi aliqua vi morbi aut natura interiſſem ante has P. Clodij excitatas in me tempeſtates, nec Senatus veſtes mea cauſa mutandas cenſuiſſet, nec populus ipſe Romanus mutaſſet. Menſe Decembri) quo menſe Catilinæ coniuratio emerſit. Nonis enim Decẽbribus coniurati agnouerunt literas ſuas in Senatu, quę nocte ſuperiore a C. Pontinio & L. Flacco a'd Põtem Miluiũ deprehenſę fuerunt, vt pro L. Flacco ſcripſimus. Eodem die de coniuratione confeſſi ſunt. Parricidarum) id eſt coniuratorum. In aliorum vigiliam) In codicibus aliis lego, in aliorum iugulum, quæ lectio mihi videtur melior. In aliorum iugulum Conſulum) Calendis enim Ianuariis D. Syllanus & L. Murena Conſulatũ inituri erant. Mortis cupiditas mea) Quæ fuiſſet, ſi cũ Clodianis depugnare voluiſſem. Nam quod te in Rep. liberũ) Negauit Laterenſis Cicronẽ in Rep. liberũ eſſe, q; ſentẽtiã mutaſſet, quod cum Põpeio & Cęſare ſentiret. a quibus antea diſſenſiſſet. Liberum ſe eſſe probat Cicero, docetq; viri ſapientis eſſe aliquando mutare conſilium. Idem obiecit Salluſtius Ciceroni. Quos, inquit, Tyrannos appellabas, eorũ nũc potẽtię faues: qui tibi ante optimates videbãtur, eoſdem nũc dementes ac furioſos vocas. Vatinij cauſam agis, de Seſtio male exiſtimas: Bibulũ petulãtiſſimis verbis lædis, laudas Cęſarẽ: quẽ maxime odiſti, ei maxime obſeq̃ris. Aliud ſtans, aliud ſedẽs de Rep. ſentis. His maledicis, illos odiſti, leuiſſime trãſfuga, neq; ĩ hac, neq; ĩ illa parte fidẽ habens. Diutius patiar errare) Iam enim id refutabo. Gratũ me prębeo) & ideo ab iis non diſſentio. Nimiũ memoris, nimiũq; grati) Vt paulo poſt, Hęc priuatim fortaſſe officiorũ memoriã & gratiã quęrunt. vt Terẽtius in Adelphis, Memorẽ me dices eſſe & gratũ. Non em̃ cõtinuo, vt ait Donatus, qui memor eſt, etiã gratus eſt. Memor em̃ eſt qui apud ſe meminit, gratus qui vicẽ reddit. Res vero ipſa publica) Proſopopœia eſt. Tuliſſem) .i. accepiſſem. Iam) .i. in poſterũ. Requires) .i. deſiderabis. neq; liberũ eſſe negabis. Requiro libertatẽ tuã, & reqro in te libertatẽ dicimus. Vt paulo poſt, Libertatemq; quã in me requiris.

Conſilium conſiliũ.

Memor & gratus.

Requiro libertatẽ tuã & in te libertatẽ.

Quid ſi horũ ego nihil cogito? & idẽ ſum in Rep. qui fui ſemper? tamen ne libertatẽ requires meã? quã tu ponis in eo, ſi ſemper cũ iis, quibuſcũ aliquãdo contẽdimus, depugnem9, quod eſt lõge ſecus. Stare em̃ oẽs debemus tãq̃ in orbe aliquo Reip. qui quoniã verſetur, eã deligere partẽ debemus, ad quã nos illius vtilitas, ſalusq; cõuerterit. Ego autẽ Cn. Põpeiũ, non dico auctorẽ, ducẽ, defenſorem ſalutis meę (nã hęc priuatim fortaſſe officiorũ memoriã & gratiã quęrũt) ſed dico hoc, quod ad ſalutẽ Reip. pertinet: ego eũ non tuear, quẽ omnes in Rep. principẽ eſſe cõcedũt? ego C. Cæſaris laudibus deſim? quas primũ populi Romani, nũc etiã Senatus, cui me ſemper addixi, plurimis atq; ampliſſimis iudiciis videã eſſe celebratas? tum Hercule me confitear non iudicium aliquod habuiſſe de Reip. vtilitate, ſed hominibus amicũ aut inimicũ fuiſſe. An cũ videã nauẽ ſecũdis ventis curſum tenẽtẽ ſuũ, ſi nõ ea eũ petat portũ quẽ ego aliquãdo probaui, ſed aliũ non minus tutũ atq; tranquillũ, cũ tẽpeſtate pugnẽ periculoſe potius, q̃ illi, ſalute p̃ſertim propoſita obtẽperẽ & pareã? Neq; em̃ incõſtãtis puto ſentẽtiã tãq̃ aliquod nauigium atq; curſum ex Reip. tẽpeſtate moderari. Ego vero hæc didici, hęc vidi, hęc ſcripta legi, hæc de ſapientiſſimis & clariſſimis viris & in hac Rep. & in aliis ciuitatibus monimẽta nobis literę prodiderũt: non ſemper eaſdẽ ſententias ab iiſdẽ, ſed quaſcũq; Reip. ſtatus, inclinatio tẽporũ, ratio concordię poſtularet, eſſe defendẽdas. quod ego & facio Laterenſis & ſemper faciã: libertatẽq; quam in me requiris, quã ego neq; dimiſi vnq̃ neq; dimittã, nõ in pertinacia, ſed in quadã moderatione politam putabo. Nunc venio ad illud extremũ, qđ dixiſti, dũ Planci in me verbis

Nõ ſemper eędẽ ſentẽtię defendendæ.

Libertas in quo poſita.

meritũ exttollerẽ:me arcẽ facere ex cloaca, lapídẽq; e ſepulcro venerari pro deo.neq; eñ mihi inſidiarũ periculũ vllũ neq; mortis fuiſſe. cuius ego tẽporis rationẽ explicabo breui,neq; inuitus.Nihil eñ ex meis eſt tẽporibus,qđ minus peruagatũ,quodq; minus aut mea celebratione cõmemoratum ſit, aut hominibus auditum atque notum.

Arcẽ facere ex cloaca.

Lapidem e ſepulcro venerari.

Ciceronis profectio in exiliũ.

Non dico authorẽ,ducẽ,&c.) Plura de hac re legere licet in Orationibus Ciceronis poſt reditũ ad Quirites,& in Senatu. Quęrũt).i.poſtulãt. Ego C.Cæſaris laudibus deſim?).i.ego nõ laudẽ C.Cæſarẽ?C.Cęſarem Ciceroni inimicũ fuiſſe ob coniurationẽ Catilinæ,inimiciorem, quia Legationẽ in Galliã antea poſtulatã abnegauit, Plutarchus in vita Ciceronis ſcripſit.Ei poſtea Ciceronẽ Reip.cauſa reconciliatũ fuiſſe Cicero ipſe ampliter ſcripſit in oratione de prouinciis Cõſularibus.

Primũ populi Ro.)Primũ eñ Cæſar fuit popularis, eiusq; de coniuratis ſentẽtia popularis viſa eſt.Idẽ Conſul legẽ Agrariã tulit, quæ vt populo Ro.iucũda,ita Senatui ingrata fuit. vt amplius ſcripſit Suetonius in eius vita. Plurimis atq; ampliſſimis iudiciis) Cæſari eñ in Gallia bellũ gerẽti Senatus ſupplicationẽ dierũ xv.ſtipẽdia & Legatos decẽ mitti oportere decreuit,vt de prouinciis Cõſularibus ãplius ſcriptũ eſt. Tũ Hercule) ſi Cæſaris laudibus deſim. Si nõ ea eum petat portũ) exorta tẽpeſtate. Hęc didici) a pręceptoribus. Inclinatio tẽporũ).i.cõditio & mutatio.Vt ꝓ L.Cornelio Balbo, Fuit hoc ſiue meũ ſiue Reip. fatũ,vt in me vnũ omnis inclinatio cõmuniũ tẽporũ incũberet. Nõ in pertinacia) quę vitioſa eſt. Me arcẽ facere ex cloaca).i. rẽ depreſſam erigere,& qđ vulgo etiã dici ſolet,ex muſca facere elephãtem.Eſt autẽ cloaca,vt in libro Digeſtoꝝ 43. de Cloacis Vlpianus ait, locus cõcauus,per quẽ colluuies quędã fluat. Lapidẽ e ſepulcro venerari ꝓdeo, in eadẽ re dicit. Exiſtimauit eñ antiquitas eũ qui vidiſſet hominẽ mortuũ,aut qđ eũ attigiſſet pollutũ eſſe.Itaq; authore Seruio libro Cõmẽtarioꝝ in Aen.3.ramũ cupreſſi Romæ ante domũ funeſtã ponebãt: ne quiſq̃ pontifex per ignorãtiã ingreſſus pollueret. Et libro Aen.6.eos qui Miſeni exequiis affuerũt Chorineus ter pura circũtulit vnda Spargens rore leui,& ramo felicis oliuę,Luſtrauitq; viros.Eam ob rẽ quũ muri vrbiũ ſacri erãt,portas ſacras eſſe nõ putabãt ,quia per eas mortui ad ſepulturã efferebantur.Mortuos enim ſepeliri in vrbe non licebat.Nefas ergo arbitrabãtur lapidem e ſepulcro pro deo venerari,quũ nihil a deo alienũ magis ſit,q̃ quod pollutum eſt. Ex meis tẽporibus) quibus vexatus ſum.

Inclinatio tẽporum.

Ex cloaca facere arcẽ.

Cloaca quę ſit.

Lapidem e ſepulcro venerari pro deo.

Ego enim Laterenſis ex illo incendio legũ,Senatus,iuris, bonorum omniũ cedens,cum mea domus ardore ſuo deflagrationem vrbi atq; Italiæ toti minaretur,niſi quieuiſſem:Siciliam petiui animo,quæ & ipſa erat mihi ſicut domus vna coniũcta,& obtinebatur a C.Virgilio, quocum me vno vel maxime tum vetuſta amicitia,tum mei fratris Collegia,tum Reſp.ſociarat.Vide nunc caliginẽ temporum illorũ.cum ipſa pene inſula mihi ſeſe obuiã ferre vellet,Prętor ille eiuſdem Tribuni pl.cõcionibus propter eã dem Reip.cauſam ſæpe vexatus, nihil amplius dico, niſi me in Siciliam venire noluit . Quid dicam? C. Virgilio tali ciui & viro beneuoletiam in me,memoriam cõmunium temporũ,pietatem,humanitatẽ, fidem defuiſſe? nihil videlicet eſt eorũ:ſed quam tempeſtatẽ nos vobiſcum non tuliſſemus,metuit vt eam ipſe non poſſet opibus ſuis ſuſtinere.Tũ conſilio repẽte mutato,iter a Vibone Brũduſium terra petere cõtendi:nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo.Cum omnia illa municipia, quę ſunt a Vibone Brunduſium,in fide mea Iud. eſſent, tunc iter tutũ multis minitãtibus magno cum ſuo metu pręſtiterunt.Brunduſiũ veni,vel potius ad mœnia acceſſi, vrbẽ vnam mihi amiciſſimã declinaui, quæ ſe vel potius excindi,q̃ e ſuo complexu vt eriperer, facile pateretur. In hortos me M.Lenii Flacci contuli : cui cum omnis metus ,publicatio bonorum , exilium, mors proponeretur. hæc perpeti , ſi acciderent, maluit, quàm cuſtodiam mei capitis dimittere . Huius ego & parentis eius prudentiſſimi atque optimi ſenis & vtriuſque filiorum manibus in naui tuta ac fideli collocatus , eorumq; preces & vota de meo reditu exaudiens,

Ex illo incendio legum &c.) id eſt ex vrbe Roma, in qua nullus eſſet locus legibus, iuri, Senatui, bonis ciuibus, propter pernicioſum Clodii Tribunatum. Mea domus) id eſt mea præſentia, niſi ceſſiſſem. Niſi quieuiſſem) id eſt ſi in vrbe Clodio & Conſulibus reſtitiſſem. Siciliam petiui animo) Narratio ſpecialis eſt, per quam facit ſibi tranſitum ad concluſionem. Certum autem huius concluſionis initium non eſt, vt iam aliquantum affecti Iudices reliqua audiant libẽtius. Poſſent enim reluctari, ne affectus ſibi mouerentur, ſi concluſionis initium noſſent. Affectus autem ad verum iudicium tollendum adhiberi exiſtimant. A C. Virgilio) Prætore. Authore Plutarcho in vita Ciceronis quum Cicero Vibone eſſet, Vibius vir Siculus Ciceronis beneficio factus Aedilis eum hoſpitio prohibuit, ſeque eum illico delaturum minatus eſt. C. item Virgilius Prætor Ciceronis opera ante non mediocriter vſus eum inſulæ aditu prohiberi iuſſit. Mei fratris collegia) Hunc C. Virgilium Q. Ciceronis Collegam in Prætura fuiſſe ſignificat. Quis enim Prætura annua eſſet, Prætores tamen prouinciam triennium adminiſtrabant cum Imperio Prætorio. Ipſa pene inſula) Metaphora eſt. Rebus enim inanimis dat ſenſum. Priſcianus libro 7. docens nomina in uis exeuntia facere ablatiuum in i & in e, hunc locum citans legit, Quid dicam de Virgilio tali ciui & viro? Et paulo poſt, In naui tuta & fideli. Vibone Brunduſium) Eſt autem Vibo oppidum in Brutijs, quod prius Hippo dicebatur, vt ait Pomponius Mela libro ſecundo. Vibonem Valentiam appellari Plinius libro tertio ſcribit. Strabo libro 6. appellat Hipponium idq; a Locris ædificatum, & mutato deinde vocabulo Vibonam Valentiam appellatam dicit. Ad hunc locum, vt ait idem, Proſerpinam e Sicilia aduentaſſe ad legendos flores credidere veteres. Quoniã florentiſſimę regionis amœniſſima prata eſſe cõſtat. Hinc matronis vſus inualuit, vt ex lectis floribus coronas texãt, quũ p dies feſtos empta ſerta geſtare his vitio detur. Significat Strabo Vibonẽ Sicilię proximũ eſſe, hoc in loco ſignificat Cicero ibidẽ portũ eſſe, vnde ſoluãt naues in Siciliã, Vt autẽ Narbonẽ ita & Vibonẽ docti ſępius dicũt, nõnũq̃ tamẽ Vibonã vt Narbonam. Brũduſiũ oppidũ in Calabria eſt nobilitatũ portu, quo ex Italia in Epirũ nauigatur. Is autẽ portus ceruino capiti ſimilis eſt, vnde nomen vrbi inditũ. Nam Meſapiorum lingua Brunduſiũ cerui caput noiaĩ. Author eſt idem Strabo eodẽ libro. Terra) .i. terreſtri itinere. Mari enĩ petere poterat.

Dyrrhachiũ, quod erat in fide mea, petere cõtẽdi. Quo cũ veniſſem, cognoui id qđ audierã, refertã eſſe Gręciã ſceleratiſſimorũ hominũ ac nefariorũ, quorũ impiũ ferrum ignesq; peſtiferos meus ille Cõſulatus e manibus extor

Refertã ſceleratiſſimo rum.

ſerat,qui anteq̃ de meo aduẽtu audire potuiſſent,cũ tum abeſſent, aliquorũ dierũ viã in Macedoniã ad Plãcũq; ꝑrexi.Hic vero ſimulatq; me mare trãſiſſe cognouit, audi atq; attẽde Laterẽſis:vt ſcias q̃d ego Plãco debeã,cõfitea req; aliq̃n q̃d faciã,me & grate & pie facere:huic quę pro ſalute mea fecerit,ſi minus profutura ſint,obeſſe certe nõ oportere. Nã ſimulac me Dyrrhachiũ attigiſſe audiuit, ſtatim ad me lictorib9 dimiſſis,inſignibus abiectis,veſte mutata ꝓfectus eſt.O acerbã mihi Iud.memoriã tẽporis illius & loci,cũ hic in me incidit,cõplexus eſt, cõſperſitq; lachrymis,nec loqui p̃ mœrore potuit: O rẽ cũ auditu crudelẽ,tũ viſu nefariã: O reliquas oẽs dies noctesq; eas, quibus iſte a me nõ recedẽs Theſſalonicã me in quęſtoriũq; ꝑduxit.Hic ego nũc de Prętore Macedonię nihil dicã ãplius,niſi eũ & ciuẽ optimũ ſemꝑ & mihi amicũ fuiſſe,ſed eadẽ timuiſſe q̃ cęteros.Cn.Plãcũ fuiſſe vnũ,nõ qui minus timeret:ſed,ſi acciderẽt ea quę timerent,me cũ ea ſubire & ꝑpeti vellet.Qui,cũ ad me L.Tubero meus neceſſarius,q fratri meo legatus fuiſſet,decedẽs ex Aſia veniſſet:easq; inſidias,quas mihi paratas ab exulib9 cõiuratis audierat,aio amiciſſimo detuliſſet:in Aſiã me ire propter eius ꝓuincię metũ & cũ meo fratre neceſſitudinẽ,parãtẽ nõ eſt paſſus.Vi me inquã Plãcus & cõplexu ſuo retinuit, multosq; mẽſes a capite meo nõ diſceſſit,abiecta Quæſtoria perſona, comitisq; ſumpta. O excubias tuas Cn. Planci miſeras: O flebiles vigilias: O noctes acerbas:

Reliquas dies.

At petere cõtẽdi).i.ire maturaui,nec me vllus locus remoratus eſt. Maritimos curſ9).i.nauigationẽ.Vel poti9 ad mœnia acceſſi.Correctio eſt. Declinaui).i.ingreſſus nõ ſũ & tãq̃ vitaui.Vt ſit metaphora a gladiatorib9 facta,q declinãdo vitant vulnera. Publicatio).i.confiſcatio. Metus publicatio &c.)ordinẽ ſeruauit, quo rei augmentum fieret.

Dyrrhachiũm) authore Strabone libro ſeptimo, Epidamus,quam Dyrrhachium.
Corcyrei condiderunt, poſtea dicta eſt Dyrrhachium. Authore Mela
libro ſecundo Dyrrachium Epidamnos ante erat, Romani nomen
mutauere,quia velut in damnum ituris omen id viſum eſt.Rex quidã
Barbarorum Epidamnus, vt ait Appianus libro ſecundo, vrbem in
littore maris condidit,quę ab eo nomen accepiſſe creditur.Huius ex fi
lia nepos Dyrrachus Neptuno genitus,vt quidam perhibẽt, portum
vrbi adiecit, qui appellatus eſt Dyrrachium. Eſt autem Dyrrhachi-
um in Epiro. Sceleratiſſimorum hominum) qui erant ex coniura-
tione. Hi enim quum victo Catilina de coniuratis quæreretur,ſuppli
cii metu exilio voluntario ſeſe multauerunt. Ignesq; peſtiferos)qui
bus Romam incendere coniurauerant. Aliquorum dierum) Vſita-
tius dictum eſſet,aliquot dierum.In Macedoniam) quæ a meridie ha-
bet Epirum. Viam perrexi)vt ire viam dicimus.Certe)id eſt ſaltem.
Acerbam) Vulgo dicerent doloroſam. In me incidit) id eſt ad me Pergere viam.
acceſſit. Quum auditu crudelem) Minus enim mouent quæ audi-
mus,q̃ qui videmus. Reliquas dies) Hoc dictum contra grãmatico- Dies reliquas.
rum ſentẽtiam,qui dies in numero plurali nõ exiſtimant dici niſi in
maſculino genere. Theſſalonicam) Theſſalonica vrbs eſt Metropo- Theſſalonica.
lis Macedoniæ.De ea Raphael Volaterranus plura. In quæſtorium)
id eſt in ſuum vt ita dicam,hoſpitium.Vt enim Prætorium eſt Conſu Quæſtoriũ.
lis vel Prætoris in caſtris tabernaculum, in prouincia hoſpitium, vt
locus in quo ius dicit: ita Quęſtorium quæſtoris eſt tabernaculum vel
hoſpitium De Prętore Macedone) Qui tum Macedoniã obtinebat,
cui Quæſtor Plancus erat. Non qui minus timeret)ne audax videre-
tur. Ea quę timerentur) Vt publicatio bonorum,exiliũ, mors. Me-
us neceſſarius) id eſt meus propinquus,vt pro Q. Ligario Q. Tubero-
nem propinquum ſuum appellat. Qui fratri meo legatus fuiſſet) Ci
cero libro Epiſt.ad Quintũ fratrem primo hortans eum Aſiam pro-
uinciam adminiſtrantem.Legatos,inquit,habes eos,qui ipſi per ſe ha
bituri ſint rationem dignitatis ſuæ,de quibus honore & dignitate, &
ætate pręſtat Tubero, quem ego arbitror, præſertim quum ſcribat L. Tubero.
hiſtoriam,multos ex ſuis Annalibus poſſe deligere quos velit & poſ-
ſit imitari. Decedens ex Aſia) Q.enim Cicero Aſiam L.Flacco ſuc-
cedens etiam tum adminiſtrabat, quum Cicero in exilium abiit,vt
in libro Epiſtolarum primo ad eum ſcribit Cicero. Neceſſitudi-
nẽ cõparantẽ) in codicibus aliis ſcriptũ inuenio necis inſidias compa
ratas. Sed neutro modo emendata lectio eſt, nec mihi cognitum eſt,
quomodo reponi & caſtigari poſſit. Abiecta quæſtoria perſona) Nam
lictores dimiſit,inſignia quęſtoria abiecit. O excubias tuas) mouet af
fectus ex iis quæ Ciceronis cauſa Plãcus fecit,ex iis quę ei Cicero pro-
miſit,quæ præſtare non poteſt.

O cuſtodiam etiam mei capitis infelicem: ſi quidem ego
† proſum. tibi viuus non † proſim, qui fortaſſe mortuus profuiſſem. memini enim, memini, neq; vnq̃ obliuiſcar noctis illius, cum tibi vigilanti, aſſidẽti, mœrenti, vana quædam miſer atq; inania, falſa ſpe inductus pollicebar: me ſi eſſem in patriam reſtitutus, præſentem tibi gratiam relaturum. Sin
Vis maior. autẽ vitam mihi ſors ademiſſet, aut vis aliqua maior reditum peremiſſet: hos, hos, quos enim ego tũ alios animo intuebar? omnia tibi illorũ laborum prẽmia pro me perſoluturos. Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, ſed horum erga me beneuolentiã promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbã: de eorum deſiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum ſimul audiebã. Nunc timeo ne nihil tibi prẽter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. Quid enim poſſum aliud niſi mœrere? niſi flere? niſi te cũ mea ſalute complecti? ſalutẽ tibi iidem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt. Huc exurge tamen quæſo, retinebo & complectar: nec me ſolum deprecatorẽ fortunarũ tuarũ, ſed comitẽ ſociumq; profitebor: atq; (vt ſpero) nemo erit tam crudeli animo tamq; inhumano, nec tam immemor meorũ non dicam in bonos meritorũ, ſed bonorũ in me, qui a me mei ſeruatorẽ capitis diuellat ac diſtrahat. Non ego meis ornatũ beneficiis a vobis deprecor Iudices, ſed cuſtodem ſalutis meæ: non opibus cõtendo, non auctoritate, non gratia, ſed precibus, ſed lachrymis, ſed miſericordia. mecum vos ſimul miſerrimus & optimus obteſtatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur.

Nolite Iudices per vos, per fortunas veſtras, per liberos, inimicis meis, his præſertim quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi, dare lætitiam gloriantibus vos iam oblitos mei: ſalutiſq; eius, a quo meá ſalus conſeruata eſt,

Lætitiam dare.

O cuſtodiam etiam mei capitis) In codicibus aliis melius legitur, O cuſtodiam mei capitis. Vnus non poſſim) ſi me defendente tu dãneris. Mortuus profuiſſem) Mei eñ deſiderio hi iudices beneficii quod in me contuliſti memores te fortaſſe abſoluiſſent. Præſentẽ tibi gratiam relaturum) id illico beneficium redditurum. Præſens enim gratia dicitur, vt præſens pecunia. Aut vis aliqua maior) vt cædes. Animo intuebar) id eſt cogitabam, intelligebam. Mea promiſſa repetis) id eſt petis vt ſeruem promiſſa. Meam fidem imploras) id eſt vt maneam promiſſis imploras. Eſt enim fides, quæ vulgo dicitur adimpletio promiſſi, quod fiat quod dictum eſt. i. promiſſum authore Cicerone appellata. Alioqui fides pro auxilio accipitur, vt quum dicimus, Dii veſtram fidem, & implorare fidem alicuius. Vel vitæ periculo) id eſt propoſito etiã vitę periculo. Nunc timeo &c.) Mala eſt aduocati fiducia quæ iudicibus quaſi præſcribere videtur quam ipſi laturi ſententiam ſint. Itaq; odit fere iudex litigantis ſecuritatem. Eam ob rem in defenſionibus ſæpe Cicero dicit ſe metuere. Ideo paulo poſt dicit, Nolite animum meum debilitare metu cõmutatæ veſtræ voluntatis erga me. Plurimas effudiſti) Effundere lachrymas pro eo quod eſt abũde flere dicit, vt poſtea profundere. A ſuis autem & Planci lachrymis iudicibus mouet affectus. Cum mea ſalute) quam tutatus es. Huc exurge) id eſt iſtuc ſurge, & veni huc. Hinc attende reos in iudiciis publicis, quum eorũ cauſę agerẽtur, ſedere ſolitos. Sedebant autẽ in ſubſelliis ad dexteram iudicum. Deprecatorem fortunarũ tuarum) id eſt deprecatorem ne fortunæ tibi tuæ adimantur: hoc eſt, ne condẽneris, & bonis publicatis in exilium eas. Vt pro P. Sylla, Multorũ hic vitã eſt a L. Sylla deprecatus. i. precibus impetrauit, vt multis L. Sylla ignoſceret. De hoc verbo apud A. Gelliũ legere licet. Obteſtatur parens) A paternis precibus mouet affectus. Duo patres). i. pater Planci & ego. Cauſa beneficii Plancum parentẽ alibi appellauit, hic ſe eius patrem dicit cauſa officii & ætatis. Quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi) Sibi iuſtam eſſe inimicitiarum cauſam, ſimul beneficium ſuum in iudices cõmemorat, vt eos ad Planci miſericordiã flectat facilius. Inimicis meis dare lætitiã). i. inimicos meos facere lætos. Illud autẽ acerbum eſt inimicos noſtra calamitate lætari. Eoq; grauior nobis calamitas eſt, quo magis lętãtur noſtri inimici. Salutiſq; eius) Cn. Planci.

Pręſens gratia.

Fides quæ dicatur.

Reus in iudicio ſedebat.

Deprecator fortunarum.

Dare lætitiam.

hoſtes extitiſſe:nolite animum meum debilitare̅ tum lu-
ctu,tum etiam metu commutatæ veſtrę voluntatis erga
Perſoluere a vobis. me:ſinite me,quod vobis fretus huic ſępe promiſi,id a vo
bis ei perſoluere. Teq; C. Flaui oro & obteſtor, qui meo-
rum conſiliorum in Conſulatu ſocius,periculorum parti
Nõ ſolum. ceps,rerum quas geſſi adiutor fuiſti,meq; non modo ſal-
uum ſemper,ſed etiam ornatum florentemq; eſſe volui-
ſti,vt mihi per hos cõſerues eum,per quem me tibi & his
conſeruatum vides.Plura ne dicam,tuæ me etiam lachry
mæ impediunt,veſtręq; Iudices,non ſolum meę. Quibus
ego magno in metu meo,ſubito inducor in ſpem,vos eoſ-
dem in hoc conſeruando futuros,qui fueritis in me. quo-
niã iſtis veſtris lachrymis de illis recordor, quas pro me
ſæpę & multum profudiſtis.

Hoſtes extitiſſe)Nam ſi Plancum damnetis,exiſtimabũt vos eius ſa
lutis hoſtes eſſe. Animum meum debilitare) id eſt triſtiorem facere.
C.Flauius. A vobis) id eſt per vos. Teq; C. Flaui) Hunc Flauium quęſito-
rem huius cauſæ ſignificat. Non ſolum meæ)Oratorem eum qui ve-
lit affectus mouere iudicibus, neceſſe eſſe, vt is eos affectus habeat
Quintilianus libro ſexto pręcipit, vt ante dixi. Nemo enim, vt
ait, ſiccis oculis lachrymas dabit aliis. Idem præcipit orationis finẽ
tum faciendum eſſe,quum auditorum lachrymæ videntur. Authore
Cicerone libro de Inuentione primo,commotis iudicũ animis in con
queſtione morari nõ oportebit. Quemadmodum enim dixit Rhetor
Apollonius,Lachryma nihil citius areſcit. Non ſolum meæ) lachry
mæ nos noſtræ impediũt ne loquamur.Vt paulo ante, Conſperſit me
lachrymis,nec loqui præ mœrore potuit.Et pro Milone. Sed finis ſit.
Recordor de illis. neq; enim præ lachrymis iam loqui poſſum. De illis recordor) Hoc
dicendi genus adnotandum eſt,quia rarum.Solet enim dici huius rei
vel hanc rem recordor.Vt in libro Aeneid.viii,Vt verba parentis, Et
vocem Anchiſæ magni,vultumq; recordor.

FINIS.

Sub prelo Aſcenſiano.III.Calend.Decemb.
1531